




**Commentarius de iis omnibus quae in tertii Ordinis conventu  
acta sunt, generali trium Ordinum Concilio Blesis a? Rege  
indicto ad decimumquintum Novembris diem 1576.**

<https://hdl.handle.net/1874/429699>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


CONSTITUTION  
REPUBLICANA  
MUNICIPAL DE LA  
CIUDAD DE MADRID

H. oct.  
523













Historia Ecclesiastica

Octavo n<sup>o</sup>. 323.





COMMENTARIUS

# DE IIS OM-

nibus quæ in tertii Ordinis  
conuentu acta sunt, genera-  
li trium Ordinum Concilio  
Blesis à Rege indicto ad de-  
cimum quintum Nouem-  
bris diem 1576.

*Ex domo Buzeli*

RIGNAUIAE.

*Apud Iacobum Stephen.*

CIO. ID. LXXVII.



DE HIS OM-

niaque per in terris Ordinis  
 comento et cum gentes  
 hunc mundum dicitur dicitur  
 hinc hinc hinc hinc hinc  
 hinc hinc hinc hinc hinc

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

3

DE IIS OMNIBUS  
que in tertij Ordinis conuentu  
acta sunt, generali trium Ordinum  
Concilio Blesis à Rege indi-  
cto ad decimum quintum Nouẽ-  
bris diem 1576. breuis & *εὐκρίπτος*  
Commentarius.

**A**D duodeuigesimum diem No-  
uembrijs Rex oppidum ingres-  
sus est, ac Regina, paulo post eũ  
subsecuta. Pridie eius diei eò iam adue-  
nerat Regina mater: & quoniã per pau-  
ci adhuc proninciarum legati aderant,  
necdum instructa & absoluta erat Co-  
mitiorum Basilica, nullus cõuentus ha-  
bitus est nec publicè quicquam gestum  
ad vicesimum vsque diem.

Vicesimo secundo edixit Rex sui po-  
testatem se facturum pomeridianis ho-  
ris diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris.

Vicesimo tertio quidam trium ordi-  
num legati Regem adierunt non voca-  
ti, qui significarent ex certis regionibus  
ipsius iussu se venisse, oblaturos suppli-

ces libellos & querimonias ciuium sui ordinis pro se quemque.

Vicesimo quarto die Regis nomine per oppidi compita promulgatum est, adessent hora secunda pomeridiana singuli Ordines de suis negotiis inter se deliberaturi, Ecclesiasticus quidem in sancti, vt vocat Saluatoris æde, Nobilitas in Palatio, plebs autem in municipali Curia, quanuis Ecclesiastici sæpius iam in Cardinalis Borbonii ædes conuenissent.

Hac promulgatione facta conueniunt in assignata loca ordines: atque in plebis quidem trium conuocati fuerunt cuiusque prouinciæ legati eo ordine qui Aureliæ seruatus fuerat, seque obtulerunt qui aderant editis & perscriptis ipsorum nominibus. Hoc ipso die Ambronensis Archiepiscopus comitatus aliquot sui ordinis hominibus nobilitatem & plebem adiit, eosque humaniter ad concordiam animorumque coniunctionem est cohortatus. Cui gratias egit Præfectus Parisiensium mercatorum tamquam primarius in eo ordine, ac scribæ vices obiit quidam minoris Britannia legatus, vsquedum certus præses & scriba

ba electus foret.

Hoc ipso die controuersia quædam orta est inter delectos trium Ordinum legatos propter Burgundiæ Ordines, & singularium præfecturarum legatos. Etenim eò non venerunt generales plebis Burgundiæ legati, inde etiam discessio nem Nobilitas fecit, Ecclesiasticus autem cum priuatis delectis ita transegit, ut cõfidete quidem liceret, si ita videretur, veruntamen absque vlllo suffragii iure.

26. & 27. diebus plebeii Ordinis conuentus est habitus, plurimique antehac absentes præsto fuerunt, ac præsidis quidem loco electus fuit mercatorum Præfectus, rationum quoque publicarum præses, cum vno ex ædibus & Verforio causarum patrono, vrbis Lutetiæ nomine, qui tres vnicum duntaxat suffragium haberent, scriba autem nominatus fuit Petrus Bolengerius Britanniaë prouinciæ legatus, adiunctis illi assessoribus Royerio & Cuuillero Burgundiæ & Claromontii legatis.

28. in plebeii Ordinis conuentu post multam variamque altercationem de prouinciæ, præcipue verò Aurelianensis & Aquitanicæ numero & ordine cõ



stitutū fuit, vt Regē adirent, inter quos  
 dissidium erat exortum, quibus ille cer-  
 ti quidpiam intra tridū præscriberet,  
 interea verò pro ratione prouinciarum  
 ferrentur suffragia. Decretum quoque  
 fuit vt singularum prouinciarum legati  
 in alicuius ex suorū numero, quod om-  
 nium commodo fieret, diuersorium cō-  
 uenirēt potestatis mādatorūque suo-  
 rum fidē facturi, codicēsq̄ suos inter  
 se collaturi. Eodem die designatus fuit  
 plebis præsles cum aliis aliquot eiusdem  
 Ordinis sex numero, qui Ecclesiasticos  
 inuiserent, gratiāsque agerent de egre-  
 gio quod erga plebē præstiterāt, officio.

Die veneris mensis tricesimo solen-  
 nis supplicatio habita est in sancti salua-  
 toris fano, cui Rex ipse interfuit cum  
 vtraque Regina.

*Acta mense Decembri. 1576.*

Primo Decembris die grauis incidit  
 altercatio inter Insulæ, quam vocant,  
 Franciæ & Burgundiæ legatos, quum  
 Bodinus à Veromanduis eò missus, pri-  
 mus scilicet secundum vrbis, præfectu-  
 ræ & Vicecomitatus Parisiensis legatos  
 proximam sibi à Parisiensibus sessionē  
 debe

deberi contenderet, simulque Syluane-  
 stenses, Valesii, Mantani, Claromon-  
 tani, Melodunenses, Druides, alique in-  
 sulæ Franciæ legati postularent prox-  
 mum sibi post illum Veromanduū cō-  
 fidendi locum attribui, intercedentibus  
 contrā Burgundiæ & Britāniæ legatis.  
 Hac autem ratione nitebantur Insula-  
 ni illi Franci, quōd dicerent necessariō  
 sibi Parisiensibus assidendum, ad sentē-  
 tias communiter & coniunctim dicen-  
 das prouinciæ rancia nomine, sicuti  
 etiam constitutum fuerat, vt suffragia  
 ferrentur prouinciatim, hoc est pro gu-  
 bernationum, vt vulgō loquuntur, ra-  
 tione. E contrario autem aiebant Bur-  
 gundi in superioribus Ordinum con-  
 uentibus ac Turonensibus & Aurelia-  
 nis, proximos se Parisiēsis assedis-  
 se. Controuersia ad Regem, vt de ea statue-  
 ret delata, eodem quoque inter Nobili-  
 ratē dissidio nato, *proed p̄lar* adiudicauit.  
 Burgūdiæ legatis, quæ causa fuit vt eius-  
 modi litrem suā Veromāduus apud Re-  
 gem disceptare noluerit similem quo-  
 que iudicii exitum veritus.

Hoc ipso die decretum est vt Lingo-  
 nensis legatus mandatorum suorum co

dicem Senonensi traderet, vel certè Regi, qui de eo statueret. Lectum quoque fuit, secreti Regis Concilii Senatusconsultum inter legatos tredecim Aruernia ciuitatum, Claromontii designatos, & præfecturæ Aruernicæ delectum Rione missum. Ac de lite inter eos, & alios quosdam prouinciæ Lugdunensis mota pronuntiatum fuit promiscuè sessuros ipsos absque vlllo ordinis & dignitatis eorum præiudicio.

Alterum quoque eiusdè generis <sup>apud</sup> recitatum fuit inter generales ab Ordinibus Delphinatum missos, & particulares eiusdem prouinciæ legatos.

Ab Ecclesiasticis quoque ad plebeiu Ordinem missus fuit Bellocassioru Episcopus cum aliis quibusdã Ecclesiasticis, qui significarent constituissè ipsos postero die facta sua in Nicolai æde participare, quique ipsos etiam ad eandem communionem inuitarent. Hoc ipso die prouinciæ, vel gubernationes, vt vulgò appellatur nominatim vocatæ fuerunt, eo qui sequitur ordine, Insula Franciæ, Burgundia, Campania, Occitana, Picardia, Aureliana, Lugdunensis, Delphinatus, Narbonensis, Britannia  
minor

minor, Neustria. Sub Aquitania reman-  
 fit Rupellana, cuius nomine nullus ex-  
 titit legatus, Aurelianensis quoque Pi-  
 ctones, Furones, Cenomanos, Andes,  
 Blesios, Ambasiam, Engolismenses cō-  
 plexa est, necnō Delphinatus Marchio-  
 natum Salucensem.

Die Dominico qui secundus fuit Decē-  
 bris plerique ex legatis sacra suo more  
 participarunt in diui Nicolai aede.

Sequenti die Lunæ provinciæ seor-  
 sim cœperunt inter se conferre, manda-  
 torumque & potestatis quam à suis ac-  
 cepissent fidem facere. Quibus peractis  
 in provincia insulæ Franciæ, Verforius  
 codicem vrbs Lutetiæ aperuit, ex quo  
 recitatum fuit caput de religione con-  
 scriptum, quo in summa petebatur à Re-  
 ge, vellent cūctos imperio suo subiectos  
 ad religionis Catholicæ Romanæ con-  
 sensum vnitatemque perducere: quum  
 que necessarium hoc esse admonuisset,  
 in eam sententiā conclusit. Similē quo-  
 que articulum legit Parisiēsis præfectu-  
 ræ legatus, ac posthabitis quibusuis e-  
 dictis eandem clausulam addidit. Bodi-  
 nus autem Veromanduorū legatus, an-  
 tequam sententiā diceret clara voce pro-

nuntiauit primum ac duodecimum articulos generalis Veromanduorum codicis, quorum hæc erat summa, dignaretur Rex pacem inter ciues suos factam tueri, atque intra biennium generalem vel certè Gallicæ nationis Synodum cogeret de religione constituenda, longiùsque de belli incommodis differentem Verforius interpellauit ita vt ad ea responderet, quæ allata fuerant à Bodino Veromāduo, qui illiusque quoque sermonem excepit: interim aduenit summus iudex Prætorianus, qui præfectum mercatorum accerseret. Cæterum rursus à prædio coacto cætu, sermonem institutum Bodinus cōtinuauit, cuius clausula fuit de pacificatorii edicti obseruatione: Syluanectensis Parisiensium sententiæ suum calculum addidit, necnon Mantanus, qui adiecit hoc fieret placidis & sanctis viis & rationibus: Valefius denique hoc de religione caput censuit ad finem referuandum. suffragiorum porro tandem æqualis vtriusque fuit numerus, propter Veromandum, qui ad eorum se opinionem aggregauit, qui caput hoc volebant ad extremum differri.

o Eodem die constitutum etiam fuit in

Bur-

Burgundiâ prouincia, petendum à Rege religionem Romanam vbique inter ciues suos vellet seruari, modo hoc fieret absque vlla belli renouatione.

Die quinto Decembris coactus in vnum tertius ordo mittendum statuit cœtus sui moderatorem cum aliquot aliis, qui supplices orarent Regem, vt honestum & à cæteris distinctum considendi locum ordinis sui hominibus tribueret, neque à tergo reliquorû duûm Ordinû consisteret. Decretû insuper hoc fuit si quis intercessionê aut protestationê aliquam Ordinum placitis opponeret, peteretur à Rege, vt nulla eius ratione habita, nihilominus pergere vltterius liceret.

Sexto eiusdem mensis die Iouis, Rex orationem suâ habuit in basilica ad hûc usum præparata insidens sublimi folio: ad dextram aderat Regina mater, secundum eam Dux Regis frater eadem serie & gradu, ad læuam Regina: tum ex trã verso ad dextram absidebat Cardinalis Borbonius, Marchio Contieus vnâ cû fratre; posteo Dux Monpensierus, Princeps Delphinus, Dux Mercurius Regina: frater, Duces Menius & Vzensis: ex

aduerso autem sinistrosum Lingonen-  
 sis, Laudunensis, Bellouacus Episcopi  
 Franciæ nimirum Pares: ceterum ad læ-  
 uam sedebat Cancellarius in cathedra  
 ad extremam contabulationem, aduer-  
 sus quam ordine collocata erant duode-  
 cim scamna ad sinistram; totidem quo-  
 que dextrouersum: sex prioribus ad dex-  
 tram insidebant Ecclesiastici, sex autem  
 ad læuam collocatis nobilitas: ponè au-  
 tem utrunque plebeius Ordo, ea qua vo-  
 cati fuerunt serie, quum ceremoniarum  
 aulicarum magistri, qui tunc aberat, par-  
 tes obiret Dominus Ognonius: ceterum  
 oblique duodecim illis scamnis opposi-  
 ta erant in longum alia, in quibus confi-  
 derent secreti Regis Consiliarii. Quod  
 restabat in basilica loci refertum erat om-  
 nis genus hominibus absque ordine &  
 delectu: in superiore parte extructa erat  
 porticus, quæ proceres aulicos tum ma-  
 res tum fæminas caperet. Concione Rex  
 suã habuit perquam grauiter & decorè  
 mox Cancellarius: deinceps singulorum  
 Ordinum præfides breuiter præfati Regis  
 & Domini Cancellarii quam proposuif-  
 sent sententiam se percepisse, addiderunt  
 daturus se operam ut ad exitum ea per-  
 duci

duci posset, atque in prima illa actione  
duæ plus minus horæ sunt absumptæ.

Septimo Decembris die in tertii or-  
dinis conuentu visum est faciendû, sup-  
pliciter, re cum aliis duobus ordinibus  
communicata, à Rege peteretur, vt in  
articulis qui posthac ab Ordinibus ipsis  
generatim, vel seorsim proponendi es-  
sent, certa aliqua ratio & norma præ-  
scriberetur à Iudicibus ex Regiæ maie-  
statis voluntate nominatis, adhibito ex  
singulis Ordinib<sup>9</sup> vno quopiam ex qua  
que provincia delecto, cum hoc tamen  
vt inspecto Iudicum ipsorum catalogo,  
liberum esset admonere quæ ad temp.  
pertinere videbûtur, hæc que porrò præ-  
scriptio, & regula legis inuiolabilis vim  
obtineret.

Cantum etiam fuit vt generalis cõ-  
ficiendi codicis gratia, vbi de particu-  
laribus inter ipsos cõuenisset, nomina-  
retur è quaque prouincia vnus legatus  
ætate grãdis, qui solus verba faceret as-  
sidentibus aliis ex quaque prouincia le-  
gatis, qui illi adessent consilio.

Hoc ipso die delectus fuit Versorius  
qui tertii ordinis nomine ad Regem de  
negotijis referret, quum antea Ecclesia.



ftici quidem Archiepiscopum Lugdunensem elegissent, Nobilitas verò Baronem Seneceyū summi Prætoriani iudicis filium.

Eodem quoque die tertii ordinis cōuentum adierunt ex Nobilitate nōnulli qui agerent de petitione regi offerenda ad impetrandos Codicum iudices, ac statutum fuit vt ex singulis ordinib<sup>9</sup> duodecim mitterentur, qui hoc suppliciter postularēt. Antea porrò hac de causa in Saluatoris ædem sequenti die, qui erat Dominicus, triginta sex isti conuenirent.

Die Lunæ, decimo eiusdem mensis, triginta sex illi ex tribus Ordinibus delecti, quum in Saluatoris ædem conuenissent Archiepiscopus Lugdunensis præses & Orator, ab Ecclesiasticis delectus exposuit repertū esse in pluteo supplicem libellū, incerto auctore, qui suaderet petendum à Rege trium Ordinū nomine, vt articulos communi consensu approbatos auctoritate sua quoque sancire veller: in dubiis autem & controuerfis ex Regina matris, illustrissimorum regii sanguinis Principum Parrum Franciæ & duodecim ex quoque

ordine delectorum sententia aliquid ipse proscriberet, qua de re iam consulendum foret: sed quia duodecim à tertio ordine missi nihil aliud habebant in mandatis, quam ut intellecta quæ à reliquis duobus proponerentur, ad suos referrent, hæc causa fuit, cur nihil definiretur: verum consultatione in secundam pomeridianam reiecta, constitutum fuit in tertii Ordinis cætu: ut duodecim consilio cum ceteris duobus ordinibus communicato assentiretur huic petitioni, ea lege tamen ut delecti illi quoque advocarentur à Rege, suffragii aut sententiæ dicendæ ius nullum haberent, tantum Regi demonstrarent quæ putarent expedire. Rogandum quoque Regem ut arcani sui senatus consiliatorum descriptionem daret.

A prandio quum inter 36. delectos consultatio haberetur decretum fuit ab Ecclesiasticis & Nobilitate, verbis tantum hoc à rege postulandum omitta illa tertii Ordinis exceptiones, cui quidè decreto noluit iste assentiri: duodecim autem eius delecti, die Mercurii sequenti hoc renuntiarunt suis in unum coactis, quibus placuit petitioni illi, ut erat cõ-

his ac consentiendum, modò tamen in  
nem tuculis qui ad vnum tantum Ordi-  
taxa attinerent, reliqui duo vnicum dũ  
mint suffragium haberet, atque hoc no-  
atim & disertè cautum iri.

Duodecimo die triginta sex illi de-  
lecti supplices hoc postularunt à Rege,  
quum in conclauis esset cum Regina ma-  
tre & fratre, qui quidem Rex ex tempo-  
re respondit se oblati & inspectis ipso-  
rum codicibus resposurum ex secreti  
sui senatus sententia, quod videretur: il-  
lorum porrò catalogum illis se daturũ  
promisit: delectos autem ipsos à se audi-  
tum iri, vt æquitas postulabat, absque vl-  
lo deliberandi, sententiæque dicendæ iu-  
re, sic vt Ordines ipsi haberent, in quo  
acquiescerent. Ceterum quod petebant  
à Rege, vt quod communitrium Ordi-  
num consensu decretum foret, auctori-  
tate sua firmum ac ratum esse vellet, hoc  
se concedere non posse ignorantẽ quid  
essent postulaturi.

Decimoquinto eiusdem mensis caput  
illud de religione nobilitatis cõsensu iam  
receptum, in deliberationem denuò fuit  
reuocatum, orandum videlicet Regem vt  
subjectos omnes suos ad vnam eãdem re-  
ligionem

ligionem Romanam reduceret: quamque hinc Verforius dixisset Regis hoc esse consilium & voluntatē hocque sibi ab eo confirmatum, subiecit Veromanduus legatus hoc modo aditum bello patefieri, ac post multa verba, serias admonitiones conclusit obseruandum esse pacificatorium editum, vt in mandatis habebat: reliqui omnes ierunt in Parisiensem sententiam, his tamen vocibus adiectis, hoc fieret sanctis & placidis rationibus, quas ipsius maiestas dispiceret: quò etiam se pertrahi passus est Veromanduus absque vlla reclamatione vel protestatione contraria: ac tum demum mercatorum præfectus succinuit. Nunc dimittis seruum tuum domine, &c.

16. die aduenit quidam à Rhemis missus, abus deinde Catalaunio, paulò post etiam Sueffione, instructi procuratorum literis illorum oppidorum confectis, tertium nec adhibitis suburbanorum pagorū præfectis. Mandata per rro eò spectabant vt abdicarent & irritum esse vellent factū Veromandii, qui duarum religionū cultum postulasset. Respondit ille hanc ipsorum abdicationem multis modis viciosam esse & deficientem, tum in re ipsa & materia, tum in forma: sicuti pluribus hoc ex-

plicatum est in actis ea de re perscriptis. Quum ad Regem se contulissent isti, illos amandauit ad Cōcilium suum, cui tam iusta visa est Bodini responsio, vt idem sentirent plerique ex consiliariis, atque ad suos se recipere illarum ciuitatum nuntii.

Hoc ipso die aduenerunt quidam regis Nauarrii legati, quos rumor erat habere nonnulla de quibus tres Ordines Regis permissu commonerent.

Decimoseptimo die cōstitutum fuit in tertii ordinis confessu, vt postridie denuò corrent audiendis Regis Nauarrij legatis, atque intra triduum prouinciæ omnes codices suos afferrent omnium consensu comprobatos, ex quibus generalis codex conficeretur.

Eodem die legatus Castelleretanus dixit, iam olim Castelleretū oppidum prouinciæ Aquitanicę fuisse, à qua discessione facta Pictones Aureliannensi sese adiunxerant: postulabat itaque vt Aquitanis sese coniungere liceret: verum reclamantibus Pictonibus, & protestationibus vtrunque additis placuit vt ius à Rege peterent.

Die Martis 18. Nauarrij legati alitque ministri, trium ordinū confessum nō adierunt, ne, vt quidem vulgò aiebant, eos ap-  
pro-

probare viderentur: eodem die Regius in senatu Parisiensi proeurator generalis codicem attulit. in quo plurima erat capita, præcipuè verò quæ ad Ecclesiasticorum & magistratuum rectâ constituti- nē pertinebant, vt iis inspectis communi cōsilio sumerentur quæ è repub. esse maximè viderentur: quod idem apud Ecclesiasticos & nobilitatem pridie eius diei fecerat.

Eo ipso die accessit Dominicanus quidam cū supplicii libello vt ex Cōcilij Tridentini sententia mendicantibus, quos vocant monachis fundos possidere liceret. Responsum fuit in cōficiendo generali codice deliberatum iri quid factū opus esset.

Die Lunę pridie scilicet Nataliorū Domini tertius Ordo capit generalem codicem contexere initio ducto à codice insulæ Franciæ.

Vicesimosexto die in tertij ordinis cōuentu quum præsto essent Parisiensis, Pictaviensis, & Aurelianæ Academiæ legati, codices suos obtulerunt, quibus cœtum vniuersum inuitabant ad religionem Catholicam Romanam.

Hoc ipso die exstitit contentio inter generalem Narbonensis provinciæ Syndicum, & tertij Ordinis legatū, vter ad con-

sessum admitteretur. Nam quum equestris esset Ordinis ille Syndicus, volebat sibi ad tres Ordines promiscuè aditum parere, sed ab Ecclesiasticis & nobilitate exclusus, aditum sessionisque & suffragij in tertij Ordinis conuentu impetrauit ille quidē, ea lege tamē vt alios duos Ordines nō adiret ac iureiurando se ille obstrinxit.

Eodem die Ecclesiastici aliquot quum ad tertij ordinis conuentum accessissent, hortabantur ad tuendam vnicam Catholicam Romanam religionem & Tridentinā Synodum: dispicerent etiam generales & rribus Ordinibus communes articulos, vt cōfectum ex iis vnum codicem Regis ap probatione sancendum curarēt, quò maior eius esset auctoritas.

Hoc ipso die in tertij Ordinis conuentu pluribus prouinciis eò inclinantibus statutum fuit, orādā esse Regem vt omnes imperio suo subiectos ad religionis Catholicæ & Romanæ consensum coegeret, quā optimis & sanctissimis fieri posset rationibus, sublato tum priuatim tū publicè quouis alio religionis, cui reformatæ nomen prætenditur cultu. Ministri verò eius doctores, Diaconi quoque & seniores vel presbyteri intra certum tempus Regis volun-

voluntate præstitutum cogere,ntur excedere, nihil valerent contraria quælibet edicta: Insuper petendum à Rege, vt exceptis Ministris doctrina illius professoribus ac Diaconis & seniores in fidem suam & tutelam reciperet reliquos omnes illos illam religionem amplexos, donec ad religionem Catholicam redirent.

Quod quidem capit prouinciarum Insulæ Franciæ, Neustriæ, Campaniæ, Occitanæ, Aurelianensis, Picardiæ & Narbonensis suffragiis receptum est & comprobatum: cæterum Burgundia Britannia minor, Aquitania, Lugdunensis, Delphinatus adiiciendum censuerunt, vt placidis & moderatis rationibus, & citra bellicos tumultus illa religionis pristinae redintegratio fieret. vicerunt tamen septem priores illæ prouinciæ. Sed operæpretium est notare Aquitanicæ prouinciæ septemdecim legatos fuisse cum Narbonensis duos tantum haberet. Tum verò Sampetri monasteriensis, Marchiæ & struenorum quidam legati postularunt articuli huius à prouinciæ suæ confecti consignatas tabulas sibi concedi, quæ culpæ & τῆς παπαρρησίας apud suos suspicionem tolleret: quod tamen vna totius consensus voce illis fuit denegatum, ne



protestationibus nullitatis & intercessionibus, quæ contra ordinum statuta possent obiici, ansa præberetur. Atque hîc graues extiterunt quinque posteriorum prouinciarum altercationes & querelæ.

Eodem die Narbonensi legato equiti torquato interdictum fuit ne posthac ad tertii ordinis confessum veniret accinctus gladio, idque propter iurgium cum ipsius collega, cui minitabantur exortum. Quod ille se facturum promisit.

Decimooctauo die post meridiem exposuerunt Aquitani certiores se factos plurimas arces & oppida loca munita à religiosis esse intercepta, cuius rei admonendum esse Regem vt maturè occurreret. Idem ab Ecclesiasticis quoque renuntiatum est, ac Burdigalensi præsidi & oppidi magistro aliisque nonnullis negotium datum vt Ecclesiasticos & Nobilitate comitati hoc Regi significarent, ac exinde continuata fuit eodem die codicis confectio.

Hîc eorum qui pacem seruandam suaserant graues intercesserunt querimonie & expostulationes aduersus Tholosanos, & aliosque nonnullos qui captorum oppidorum iacturam studebant verbis minorem facere.

Delectis

Delectis illis Rex respondit se iam curas se quod petebant, adiecit tamē opera pretium fore si aliquod ex ipsis delecti mitterentur pro legatis ad Regem Nauarrium, Principem Condæum & Marecallum Danuillium, nec legationis consilium & finem aperiebat.

Referente porro Aymonio præside de Regis responsō delecti fuerunt Belinus Trecentis legatus, Menagerius generalis Turonensis ærarij Quæstor, & Malequinus Aurelianensis legatus cum hoc tamen vt in medio concessu exponerēt legationis suæ causas, vnde liqueret necessariāne ea esset. Interea verò continuata fuit codicis ipsius confectio.

Die Lunę ultimo decembris, legationis illius onere liberatus fuit Belinus Campanius excusatione vsus ætatis quod iam septuagenariu: esset, Malequinus quoque propter auris surditatem: quorum in locum subrogati fuerunt Syndicus ille Narbonensis eques torquatus atque edilis quidā Rothomagensis à suis eò missus.

Eodem die postulantibus Ecclesiasticis delecti fuerunt ex tertio ordine duodecim delecti, qui in Saluatoris æde cum patri ex vtriusque duobus reliquis ordinibus

numero consultarent de mandatis quibus legati erāt instruendi, rēque totam ad cētum referrent. Interea pergebant in codici illo componendo.

Hoc ipso die primus rationum ærarij præses accessit ad tertij Ordinis cōcessum quum iam antea alios ordines adiisset, misus à Rege ut ordinibus exponeret gazæ suæ facultates, & que alienum superioribus Regibus contractum ad centies decies centena millia atque etiam eò amplius: qua de causa Ordines potissimū coëgisset liberandæ suæ maiorūque suorum fidei: Quamobrem delecti sunt ex quoque ordine duodeni, qui ex præside intelligerent ærarij statam rēque inter se deliberata cōmunicata, hoc ad singulos ordines referrent, quò consilium illi sententiāque in ea resuam dicerent, dum pergerent alij delecti in contexendo generali codice.

Postea quum delecti de ærario, suis renuntiassent, compertū est & ad liquidum ærarij facultates percipi non posse, quandoquidem præses nihil exhibebat præter generalia quædam summarum compēdia, quæ quidem multis erant suspecta, de donis etiam & pensionibus nihil cum ordinibus communicabatur.

*Acta Ianuario 1577*

Die Mercurij qui secundus erat Ianuarij, Riuerius Burdegalensis Syndicus quū attulisset ad tertij ordinis conuentum mandata quibus erāt instruendi legati ad Principes & Marefcallum Danuillium, aiebat eo consilio sibi ab Ecclesiasticis tradita, vt in cuiusq; Ordinis cœtu recitaretur ea lege tamen ne quid vel consignaretur tabulis publicis, vel etiam in codicillis aut pugillaribus annotaretur. Quæ quidem mandata, quum sæpius fuissent recitata, visum est tertio Ordini vt corrigerentur multa vehemētius & acerbius dicta cum aliis Ordinibus communicarentur, vt tota legatione recognita & comprobata, eius exemplar descriptum penes scribā deponeretur. Illos porro commentarios ita emēdatos quum Syndicus ille detulisset, renuntiavit post meridiem affucturos ex Ecclesiasticis nonnullos qui plenius cum Ordine consultarent. Quade causa Bellocasius & Augustodunensis Episcopi attulerunt codicem longè ampliore, ex quo desumpti fuerant superiores illi commentarij, cum ipsa procurationis & fiduciariæ ad Principes epistolę formula: addebant etiam ab Ecclesiasticis &

nobilitate cautū, vt ille p̄curaciones mā  
datorū ac litteræ à suis duntaxat Ordinū  
scribis obfignarentur nec vllum inde exē-  
plar descriptum referuaretur.

Re in deliberationem apud tertium Ordī  
nem adducta, quum Episcopi secessissent,  
constitutum fuit sequendos esse primos il-  
los commentarios, idque eò magis quod  
posterior hic codex multa habebat acria &  
aculeata, quibus & denuntiabatur bellū,  
atque etiam ad illius sumptus contraheba-  
tur obligatio: ac nihilo secius priorū mā-  
datorum antigraphum penes scribam re-  
mansurum: In margine etiam vel suscri-  
ptis lituris annotauit asperius aut contu-  
meliosius dicta.

Tertio Ianuarij die quum iterum allati  
essent maiores illi commentarij ac recitati  
quemadmodum ex Ecclesiasticarum nobi-  
litate consensu fuerant perscripti, placuit  
sequendos esse quo pacto à tertio Ordine  
fuerāt emendati, addita scribarum subscri-  
ptione eorum autem exemplar penes con-  
uentus p̄sidentem remaneret, idque sigillo  
obfignatum donec rediissent legati. Inte-  
rea pergebatur in componendo illo gene-  
rali codice.

Hoc eodem die Rodinus, Veremanda-  
orum

orum legatus postulauit à tertij Ordinis  
 confessu, articulum in codice addi quo pe-  
 teretur à Rege, vellet, iuberet vt apparito-  
 res & amanuenses publici posthac in actis  
 suis tabulis horas, vel certè matutinum aut  
 pomeridianum tempus annotarent: In te-  
 stamenti autem disertè adscriberetur no-  
 ctu an interdiu essent condita: atque hic de-  
 monstrauit aliarum penè omnium regio-  
 num nationumque institutū, necnon frau-  
 des & falsi crimina, quæ admitterētur præ-  
 termissa illa in tabulis extremis horarum  
 annotatione, quæ quidem vniuersi cœtus  
 suffragiis receptum fuit. licet nihil tale Bo-  
 dinus haberet in suorum codice perscri-  
 ptum.

Hoc ipso die quum admonitus fuisset  
 tertius Ordo, delectos ex nobilitate & Ec-  
 clesia habere in animo sumptus legatorū,  
 qui ad Nauarium regem & alios mitteren-  
 tur plebeio ordine expensas ferre, atque in  
 hunc finem elicuisse regia quædam manda-  
 ta, constitutum fuit immunem penitus ab  
 illis sumptibus fore tertium Ordinem, qui  
 pe qui eo auctore nō fierēt. Præterea quo-  
 niam impensarum temporisque & operæ  
 in comitiis positę mercedem à tertio exige-  
 re volebant reliqui duo Ordines, cautum

est vt legatorum suorum sumptus quisque Ordo sustineret: ac si quod contrarium mā datum existeret, intercessione vtendum. Interim pergebant in concinando illo, de quo sepius iam dictum est, codice.

Veneris mane qui quartus erat mensis dies quum denuo ab Episcopo Bazazensi allati essent illi commentarii, cum procurationum tabulis & fiduciaria epistola, in quibus relictæ erant plurimæ asperæ & aculeatæ voces, quas expungendas tertius Ordo cœsuerat, quumque tertii ordinis præses cum aliis delectis Episcopo ostendisset, eiusmodi vocibus veluti classicum cani, & sumptus belli velut obligatione contracta suscipi: factus est Episcopus huius legationis Ecclesiasticos non esse auctores, sed Regem ipsum qui huiusmodi verba quæ inducenda putabat tertius Ordo, vellet vsurpari. Adiecit præterea nobilitatis hanc esse voluntatem & sententiam vt nullus ad Condæum Principem mitteretur legatus.

Eodem die Augustodunensis Episcopus quum in Bodini legati diuersorum venisset, significauit multos eximios honoratos viros iudicasse è repub. fore si tertii quidem Ordinis nomine Momori,

morinus autē nobilitatis caussa ad Prin-  
cipem Condæum legarētur vnà cum i-  
pso Episcopo. Respondit Bodinus se ad  
huiusmodi profectiōem malè compa-  
ratū esse, in tāta præsertim hyemis asperi-  
tate: deinde quòd pacis cupidior fuisset  
suspectum se posse videri, vtcunque au-  
tem res habeat, equo se carere non mi-  
nus quàm pecunia vnde emeret. Hic pol-  
licitus Episcopus facturum se vt illi sup-  
peditaretur quicquid opus foret, exora-  
ri tamen Bodinus non potuit.

Hoc ipso die pomeridianis horis, eo-  
rum qui in tertio Ordine legationem e-  
rant deprecati loco, electi sunt Præses Pi-  
ctāuiensis, Syndicus Narbonensis eques  
torquatus, quo etiam excusante per col-  
legam, hic ipse in eius locū suffectus est.  
Proinde Archiepiscopus quidem Vien-  
nensis, Rubemprius cum Generali Me-  
nagerio ad Regem Nauarrium, Augu-  
stodunensis autem Episcopus, Mommo-  
rinus, & Pictāuiensis præses ad Condæū  
Principē: Episcopus denique Puteanus,  
cum Rupefortio & Tolio ad Marescal-  
lum Danuilliū legati fuerūt, ac nihilo-  
secius interea perpetuò cōsorciniabatur  
generalis ille codex.



Sabbathi die qui fuit Ianuarii quintus legatorum commentarii iterum ab Episcopo Ambronensi & Augustodunensi ad tertium Ordinem ut ab eo emendati fuerant, allati fuerunt ac recitati addita etiam trium ex tribus ordinibus scribarum, Brouetii nimirum, Brianzonis, & Bolengerius subscriptione: similiter in procurationis & fiduciariis literis, actum est eorumque omnium exemplaria à scribis retenta in fasciculum coniecta & Hispanica cera obsignata adiecto Bolengerii chirographo, tertii Ordinis Præsidi sunt tradita.

Sexto die legati ad Nauarrum ab Ordinibus delecti, profecti sunt deducere ipsos Bironio Regis legato.

Die Lunæ qui septimus fuit mensis, quum in tertii Ordinis confessum venisset Augustodunensis Episcopus, verbis petebat Danetsii Vaurenensis Episcopi nomine, ut preces cum ipso suas tertius Ordo coniungeret, quibus rogaretur Rex liceret ipsi Episcopum suum iuratum tradere Genebrardo Hebraicæ linguæ professori regio, & Theologiæ doctori, sublata designatione quæ in Pybrachii, vel eius quem nominaret, gratia

tia facta diceretur. Respondit ex tempore cætus petitionis illius curam & patrocinium se non posse suscipere, idque potissimum si spectetur quod iam statutum fuerat de electionum & nominationum Episcopaliū negotio.

Hoc ipso die dederunt se in viam Ordinum legati ad Mareſcallum Danuiliū.

Martis die mēſis ſeptimo præſto fuit ad tertii Ordinis conſeſſum. Miſerius cum aliquot aliis qui dicerent Nobilitatis nomine, rationē à ſe inſitam rei militaris conſtituendæ, vt nimirum cataphraſtorum qui bello & pace alerētur, numerus ad tria millia, hoc eſt equos nouies mille reuocaretur: peditum autē belli quidem tempore ad viginti, pacis autem ad duodecim millia, quæque militiæ cauſa exigeretur pecunia, non in alium vſum conferretur. Regem quoque orarent hoc ſancire vellent, nummōſque ex indictionibus & tributis in Ianuariū, Februariū & Martiū meſes collectos apud locupletem quempiā cuiuſque oppidi mercatorem curaret deponendos, ne in alios vſus cederent,

quàm soluendis militum stipendis qui conscriberentur Regis causa, siquidem ad arma res deduceretur.

Quare audita visum est tertio Ordini, in cœtu de hoc negotio totaque disciplina esse deliberandum absoluta cōsultatione quæ erat de magistratibus: quod ut Nobilitas intelligeret, delectus est præses Turonensis cum aliis nonnullis, atque interim prosequabantur illâ codicis generalis confectioem.

Eodem die cunctis trium Ordinum Burgundiæ delectis à prandio in regiû conclaue accersitis, præsentem Mucesthemio eius prouinciæ rectore, Rex exposuit ineundas esse rationes & vias quibus ad exitum & opratum finem perduceretur quod comitiis postulantiibus à se decretum foret, vel coitione & fœdere facto vel alio pacto: rogabat etiam ut ex officio in eam curam incumberent, atque hîc maturato esse opus: addebat quoque ex Duce ipso plenius intellectu ros quid præterea consilii sui esset ac voluntatis. Mox egressi omnes delecti Menium in cubiculum vsque sunt profecuti: quib<sup>o</sup> aperuit associationis illius subiectum & finem, quamquidem institutam

tam dicebat ad tuendam religionem, Regis ipsius statum & dignitatem de pro- pugnandam, populique totius incolumitatem, atque etiam de cretorum quae à comitiis facta essent, obseruationem sanciendam hortatus, contentionem omnem & diligentiam, adhiberet in acceleranda quam citissime illa associatio- ne, idque eorum opera à quibus erant delecti. Quoniam verò illius formulam penes se non habebat, horam illi in posterum diem constituit illius communi- canda, occupatis interea assidue delectis in generalibus illis codicibus conficien- dis, quod quidem continenter & ἀδρα- γελῶς ab ipsis fiebat, ni fortè interpel- larentur ab aliis Ordinibus ad alios pu- blicorum negotiorum causa accedenti- bus, vel Rege ipso aliquos ex suis mit- tente.

Nono eiusdem mensis Praeses Turo- nensis renūtiavit ceteris, quod cum nobi- litate egisset de re militari cōstituenda, vt supra dictum est, aiebā que sibi à nobilitate dictum, nihil esse quam obrem recusarent in re tantam virili & necessa- ria socios & adiutores sese praebere mā- festant tamen in pristina sententia.

Hoc ipso die Auenelleus tertii apud  
 Valesios ordinis delectus, retulit etiam  
 in cōfessu, quid vna cum aliis trium Or-  
 dinum legatis intellexisset de ararii ne-  
 gotio, quod seorsim in cānaculo quodā  
 tractabatur, vbi primus rationum publi-  
 carum præses cum delectis contulerat,  
 significauitque Valesius ille compertū  
 esse Regem onerari plurimis vsuris &  
 vectigalibus nominum causa, quæ mi-  
 nimè deberentur, multaque eiusmodi  
 alia in fisco perperam & vitiosè fieri.

Rem in deliberationem adducta pla-  
 cuit vt cum Ecclesiasticis & nobilitate  
 coniuncti plebei postularent à Rege, vt  
 si quidem eiusmodi numis manus ini-  
 cienda foret, saltem non attingerentur  
 qui destinati erant solutioni vectigaliū  
 & vsurarum qui ipse sese obstrinxisset,  
 dissoluendis item honorariis magistra-  
 tuū stipendiis, in presentia autem nihil  
 ageretur de re militari constituenda: ac  
 rursum amādatus fuit Turonensis præ-  
 ses cum aliis quibusdā ad reliquos Or-  
 dines, qui hanc illis sententiam signifi-  
 carent, inuitarentque etiam ad pecuniā  
 in belli quod imminere videbatur sum-  
 ptus communiter conferendam. Dele-

Etis præterea tum ex tertio Ordine, tum etiam rei nummariæ causa constitutis, mandatum fuit ceteros ordines, ut scduld inquireretur in vectigalia & fœnora, malè & per fraudem aduersus Regem constituta, quæ scilicet vel iniqua forent & immensa, vel iure non deberentur neque ad regiã gazam peruenissent, abrogatis quæ ea de causa contracta fuerant pactionibus, atque vsuris quæ numeratæ fuissent relatis ad sortem, siquidem sortis nomine aliquid datum foret.

Hoc ipso die Dux Menius communicauit cum Burgundiæ delectis fœderis formulam ex rpadæ Religionis quæ reformatæ nomen vsurpat, atque etiam libellũ in quo inerat capita quædam de belli administratione: quibus recitatis visum est ut seorsim consultatio à singulis eius prouinciæ ordinibus haberetur, quid Duci esset respondendum, ut re ita agitata, tandem communi consilio tres Ordines in Saluatoris æde aliquid constituerent.

Complures etiam delectos Rex priuatim accersitos coitionis illius causa, dimisit ad prouinciarum rectores, qui

eam curarent in sua quæque ditione à nobilitate & ciuitatibus obſignandam: quod fecerunt plerique, procrasti- nantibus aliis, nonnullis etiam planè recu- ſantibus, quo in numero fuit Ambiano- rum ciuitas, miſſis etiam legatis qui fa- ctum Regi probarent. Iam verò quia ſuſpicio erat ac metus ne Aquitaniæ op- pida, quæ adhuc manſerant in Regis po- teſtate & obedientia, vel interciperen- tur, vel etiam vltro deficerent, diſmiſſus eſt in pleraque miles præſidiarius, à nõ- nullis quidem admiſſus, ab aliis verò exclusus.

Die Iouis qui fuit menſis duodeci- mus, interſuerunt tertii Ordinis conuē- tui in conficiendo illo codice aſſiduè oc- cupato ex nobilitate nonnulli, quæ à Tu- roneni præſide certior facta de tertii or- dinis ſententia & voluntate, quod ad rē militarem conſtituendam attinet, dele- ctos illos miſit qui tertio Ordini ratio- nibus probarent quod ſtatuerant de in- dictionibus & tributis regiis deponen- dis vt iam antea dictum eſt, & postula- tione ea de cauſa communiter apud Re- gem adhibenda. Re in controuerſiam i- terum adducta planè decretum fuit hu- ius-

iusmodi petitionis tertium ordinē nullo modo socium aut affinem fore: quod si vrgeret Nobilitas, intercessione vtendum, atque in hunc finem conscriptum iri libellum supplicem qui Regi offerretur: & quoniam Ecclesiasticorū quibuscum sibi de illo numario negotio cōueniret nomen nobilitas obtendebat, placuit vt Turonensis præses cum aliis cuiusque prouinciæ delectis ad Ecclesiasticos profecti, exponerent illis tertii ordinis rationes & argumenta, quibus abducerentur à nobilitatis sentētia, idque eò magis quod plurimùm etiam Ecclesiasticorum id intererat, quippe quum satis pateret non aliud esse Nobilitatis Consiliū quàm vt à se reiiceret belli sumptus & onera, quæ tamen sustinere ipsos æquum erat, qui & feudis, & nobilitatis prærogatiuis priuilegiisque & immunitatibus fruerentur belli gerendi causa.

Veneris die qui fuit mensis vndecimus, per gētibus singulis in suo quisque atrio Ordinibus in coagmentando illo suo codice, præstò fuit Villequerius missus à Rege seorsim ad quemque cœtum, qui significaret Regis nomine perabsurdum & insolēs videri, quod in futilibus



& nihili disputationibus occupati, non attigerent quod caput erat ut scilicet cōficerentur numi, quibus in tacta negotiorum mole illi subueniretur, hortatus itaque ut hoc sedulo curarent. Denuntiavit præterea sibi à rege datum negotium nominatim & seuerè interdicens cunctis delectis ne ante cōfectos codices & communi consensu comprobatos Blesis quisquam discederet, nisi venia à Rege impetrata.

Hoc ipso die affuit Ambronensis Archiepiscopus missus ab Ecclesiasticis cū aliis aliquot præsulibus nuntiatique ab Ecclesiastico ordine & Nobilitate cōstitutum, ut delecti rei numariæ causa in ædes Decani Saluatoris conueniret, adessent etiam duodecim ex tertio ordine delecti, atque ita agitari posse controuersiam inter ipsos & nobilitatē extortam de pecunia ex vtrisque regis vectigalibus collecta deponenda & in bellicos vsus referuanda: simul etiam delibetatum iri quid ad ea quæ imminerē videbantur negotia nummorum Regi posset suppeditari. Hic verò placuit ut illi rei numariæ causa delecti interessent illi quidem, ré inque totam referrent ad suos, nihil tamen definirent nisi ex tertii

tii Ordinis sententia, qui prosequerentur interea illam codicis generalis confectionem, singula eius capita firmis & validis rationibus excutiendo.

Eodem quoque die post meridiem statuerunt delecti Ordinum Burgundiae qui in Salvatoris aedem conveniant, non esse ineundam illam de qua dictum est, associationem, nisi Ordinibus Burgundiae praemonitis, atque è vestigo sententia illa renuntiata fuit Duci Menio Burgundiae rectori, qui hoc se Regi significaturum dixit.

Hoc ipso die Bigotius Regius in Rothomagensi Senatu advocatus, rei numariae cum aliis tertii Ordinis constitutus, qui que delectorum consultationi interfuerat, renuntiavit quid actum foret, ac praesertim à nemine ex delectis aliam rationem ullam & viam qua Regis negotiis succurreretur: ac proinde colloquutionem illam in proximum diem Dominicum hora meridiana fuisse reiectam.

Sabbathi mane qui duodecimus fuit mensis dies, quum procurator generalis ea de causa in tertii Ordinis cœtum missus significasset negotium sibi à Re-

ge datum, iuberet mitti nonnullos ex ipsis ad eius maiestatem, intellecturos nonnulla quæ ad publicam vtilitatem vtilitatem pertinerent, eo ipso temporis puncto quidam ad ipsius maiestatem missi, renuntiarunt paulo post, ea de causa se fuisse accitos ut inberentur summam in conficiendis codicibus suis diligentiam celeritatemque adhibere: in animo Regi esse illos ad se admittere dicendi causa, ut die Iouis proximo orationes haberentur, licet nondum absolutis codicibus, propterea quod mandatorum quæ posthac erant daturus argumentum & materiam volebat sumi ex iis, quæ in illis orationibus præponerentur. Iusserat etiam iniri ab ipsis rationes quibus publicis negotiis subueniretur: & quia ab Archiepiscopo Lugdunensi Ecclesiasticorum delecto rogatus fuerat, ut aliquem huic deliberationi aditum ipse patefaceret, libellum quemdam obtulerat, qui complecteretur rationes & vias permultas replendi, instaurandique ærarii, cuius libelli exemplaria tria tribus Ordinibus describi voluisset.

Renuntiata placuit numarios illos delectos interesse consultationi quæ in dominicum

nicum diem proximum fuerat prorogata,  
 vt quæ tum ab Ecclesiasticis & nobilitate  
 proponeretur intellecta & notata sequen-  
 ti die Lunæ referrent ad suos deliberandi  
 caussa.

Eodem die post meridiem tertij Ordi-  
 nis Præses de integro admonuit cogitarēt  
 quo pacto Regi in tanta rerum difficulta-  
 te succurri posset: ac communicato consi-  
 lio res tota dilata est, ad proximum diem  
 Lunæ, vt auditis rei numariæ delectis quos  
 inter se conferre oportebat, amplius deli-  
 beraretur.

Die Lunæ qui mēsis fuit decimusquat-  
 tus Bigotius aduocatus Reginus, Rotho-  
 magensium delectus, Turonensis præses,  
 qui pridie interfuerant colloctioni cum  
 aliis Ecclesiasticorum & nobilitatis delectis,  
 retulerunt libellum illum qui vias &  
 rationes demonstrabat conficiendæ pecuniæ  
 & gaze Regiæ amplificandæ, oblatum ab  
 ipso rege, in delectorum conuentu lectum  
 fuisse, de quæ eo ab Ecclesiasticis & nobili-  
 tatis delectis fuisse deliberatum, à plebeiis  
 autem minimè, qui potestatem non habe-  
 rent dicendæ sententiæ, vt disertè tertius  
 ordo vetuerat, sed tantum eius quod intel-  
 lexissent renuntiandi vnde Ecclesiastico-

rum & nobilitatis nata erat quædam of-  
fensio, quod dicerent tectè & dissimulan-  
ter à tertio ordine secum agi. Re in disce-  
ptationem reuocata placuit in iis quæ prius  
statuta fuerant hærendum, quod diffide-  
rent reliquis duobus ordinibus, qui hoc  
vnum agere videbantur vt onera omnia à  
se interitum Ordinem reiicerent.

Hoc ipso die Dux Menius communi-  
cato cum delectis trium Burgundix ordi-  
num consilio, significauit illis Regis hanc  
esse voluntatem, vt promouendæ associa-  
tionis causa, ex singulis Burgundix præ-  
fecturis delectus vnus eò proficisceretur,  
qui Regis consilium & mentem illis expo-  
neret, ne quis gravaretur eiusmodi coitio-  
nem facere, ac mandata eius imperio cõ-  
firmata datum iri conuocandis prouinciæ  
ordinibus, cui conuentui sine dubio Dux  
ipse interfuturus esset.

Eodem quoque die post meridiem ter-  
tii Ordinis delecti à Delphinatibus missi,  
quum narraissent in tertii Ordinis cõfessu,  
intercepta à religiosis oppida, arcèsque &  
munita loca occupata, & magnas totius re-  
gionis calamitates, hortabãtur vt seriò co-  
gitare vellent de prouincia illa conseruan-  
da, testificantes alioqui se codicis conclu-  
sioni

fioni non interfuturos. Eadē quoque nominerunt Aquitaniæ & Occitanæ regionis legati, nulla tamē testificatione interposita.

Die Martis decimoquinto mensis, Verforius Orator à tertio Ordine delectus, recitavit in confessu præcipua orationis capita quam proximo Iouis die habiturus esset in panegyrico trium Ordinum conventu. Eo audito singulæ provinciæ seorsim deliberarunt, (vt in omnibus consultationibus solebat fieri priusquam responderetur, si vel leuissima esset dubitandi causa) consilióque inter se communicato, ex duodecim in singulis provinciis delectus, qui provinciæ sententiam exponeret, prosequisque egit de egregia ipsius in exequendis oratoris partibus volūtate, præter Delphinatus delectos, qui aiebāt tum demum gratias se acturos vbi munere illo suo defunctus foret. Constitutum præterea fuit vt quatuor Orationi suæ capita adijceret. Primum consensionem illam omnium regis subiectorum in vnā religionem Catholicam romanam sic à rege postulari, vt placidè & citra bellū hoc fieret, regem que orādum vt pacem inter suos tueri vellet, Principesque inter se dissidentes reconciliare, commemoratis calamitatibus &

miseriis quæ perpetuæ essent bellorum ci-  
uiliū comites: sapiūsque hoc iteratū fuit  
ne obliuisceretur has voces, Vt citra bellū  
hoc fieret, modisq̄e omnibus pax procu-  
raretur.

Alterum hoc erat vt quum de Archie-  
piscopatuū, Episcopatuū, Abbatiarum,  
aliorūque sacerdotiorum quæ Cōsistoria-  
lia vocant, electionibus quæ postea fie-  
rent sermo esset, præcisè loqueretur, nec  
quicquam Regis arbitrio permetteret, vt  
se in oratione sua facturum dixerat.

Tertium vt sermō perstringeret superi-  
oris temporis malam ararij administratio-  
nem, vtque insontes inquireretur. Quòd si  
quid offerret tertij Ordinis nomine gene-  
ratim & ceteris hoc fieret.

Postremum quod ad exteros pertine-  
bat caput, eo pacto tractaret vt in generali  
codicè cautum fuerat.

Hoc ipso die quum Præses Turonensis  
recitasset nonnulla à se in rei numariæ col-  
locutione intellecta, decretum fuit nullo  
modo à prioribus sententiis esse discedendū  
nec nouis exactionibus subsidiis fenestrā  
aperiendam præter ea quæ codicibus con-  
tinerentur.

Die Mercurij mane qui fuit mensis de-  
cimus

cimus sextus, missus à Rege Comes Suzæus  
 ad tertij Ordinis conuentum, quum antea  
 relictos adiisset, significauit grauem & mo-  
 lestam esse eius maiestati tam longam in  
 concinnandis codicibus ipsorum tarditatē  
 ac moram: certiozem quoque factum non  
 deesse qui præclara aliorum studia infrin-  
 gere & debilitare conarētur, quod dicerēt  
 nihil se in mandatis habere de ope & subsi-  
 dio in hac negotiorum quæ ingruiebant dif-  
 ficultate Regiæ maiestati afferendo, horta-  
 tus est itaque summam in codicibus suis cō-  
 ficiendis celeritate diligentiaque vteren-  
 tur, nec audirent qui egregiam ipsorum vo-  
 luntatem minuere studerēt aut alienare: in-  
 spectis etiam mandatis cognoscerent num  
 quid in illis esset quod pertineret ad Regē  
 in tanta negotiorum mole subleuandum  
 imminente presertim bello, de quo Pro-  
 uincias à quibus erant legati dubitare mi-  
 nimè oportuit, quandoquidem postulari  
 suo nomine vellent solam Catholicam re-  
 ligionem. Hic protinus ab Hemarto Bur-  
 degalensi præside extra ordinem quum  
 quarto loco sederet, nullumque haberet e-  
 iusce rei mandatum responsum est, non po-  
 stulari bellum quum flagitaretur vnica Ro-  
 mana Catholica religio, quod quidem ob-



neri poterat cogendis Synodis & vitiorū  
 corruptelarūque quæ in Ecclesiam ir-  
 repperant emendatione: cę crām in tum  
 iri rationes omnes & vias quibus subueni-  
 retur ipsius maiestati.

Hoc ipso die post meridiem delecti ex  
 Ecclesiasticis nobilitate nonnulli quum ter-  
 tij Ordinis cętum adiissent conquereban-  
 tur verbis præeunte Episcopo Bazasensi,  
 tertij Ordinis delectos illo die & superio-  
 ribus ut erāt polliciti non interfuisse con-  
 sultationi de re nummaria, ut commodæ ra-  
 tiones inirentur Regi in tanta difficultate  
 iuuandi. Leui aliqua allata excusatione, quæ  
 secessissent visum est die Veneris proximo  
 ea de re deliberandū, ac deinde Ecclesiasti-  
 cis & nobilitati significandum: interea Tu-  
 ronensis Præses cum aliis nonnullis delect<sup>o</sup>  
 fuit qui hoc pluribus excusaret.

Jouis die mensis 17. sedente Rege co-  
 mitiorum basilica, eodem qui supra recita-  
 tus fuit ordine, & apparatu multo que maio-  
 re hominum frequentia, quam præterea a-  
 desser Dux Guisus, inter Mercuriū & Ni-  
 uernensem medius, Dux etiā Menius sum-  
 mus cubicularius in primo tabulati gradu  
 aduersus Regem, postquam à Rege Can-  
 cellarius admonitus fuit Arch'episcopus  
 Lugdu

Lugdunensis Ecclesiasticorum orator per  
 publicum præconem vis dicere iustus est.  
 Tum accedens ad pulpituam procumbit  
 in genua coram Rege, postque unam oraci  
 onis periodum recitatam surgēdi potestas  
 illi facta est quod etiam fecit, quique in o  
 rando horæ quadrantibus consumptis post  
 hunc Senecius Baro pro nobilitate dimi  
 dium quadrantem dixit. Versorius demum  
 sesquihoram concionatus est, quum semi  
 hora ferè adstitisset in genua, donec tan  
 dē Regis mandato per publicū præconem  
 iustus est surgere. Antea porro concionem  
 suam auspicante Ecclesiastico oratore quū  
 cuncti delecti confurrexissent nudatis capi  
 tibus mox illis significatum fuit ut confide  
 rent. Idem factum est quum nobilitatis ora  
 tor cepisset dicere. Tertius autem ordo  
 perpetuo stetit delectis capitibus concio  
 nante ipsorum oratore, sicuti basilicam in  
 gredientibus imperatum fuerat tamen si cō  
 plures eius ordinis quum Ecclesiasticus &  
 nobilitatem sedere animaduerteret ope  
 rto capite nec ipsū illud audissent, sederūt  
 & ipsi tecto capite, ac postea intellectū est  
 in comitiis Aurelianensibus tertio ordini  
 iuris idem fuisse ac reliquis duobus, stante  
 inter dicendum ipsorum Oratore.

Iam uerò quia extant illæ orationes typis excusæ, nulla hîc fiet earû mētio. Primam benè dicendi laudem Ecclesiasticus tulit. Tertii uerò ordinis Orator non respondit expectationi de ipso conceptæ, quinetiam grauitè quærebatur permulti prætermiſſa ab eo fuiſſe tria præcipua capita, quæ illi biduò antè orationē potiſſimùm & nominatim fuerant commendata.

Breuis fuit reſponſio Regis, gratam uidelicet ſibi eſſe animi quem erga Dei cultum Eccleſiãque & maietatis ſuæ obſequium haberent declarationē (tres enim ore vno oratores ſuppliciter ſummòque ſtudio flagitarant à Rege, vt ſub iectos omnes ſuos ad vnũ eundẽque Catholicæ & Romanæ religionis conſenſum uellet perducere) ſeque acceptis codicibus ipſorum querelis & expoſtulationib. quàm optimè fieri poſſet, proſpectorum. Interea ante clauſulam Comitiorum uenit quenquam ex delictis diſcedere, vt quem ſperabant eorum euentum ſinguli ad Prouinciales ſuos perferrent.

Veneris mane qui fuit duodenigeſimus menſis dies, conuenerunt tertii Ordinis

dinis delecti cōtexēdi sui codicis causa:  
atque ea in re totus ille consumtus est  
dies.

Hoc ipso die tertii Ordinis præses,  
quatenus erat mercatorum vrbis Lute-  
riæ præfectus, in conuentu postulauit,  
liceret vrbi habere Iudicem & consu-  
les, quamuis decretum inter ipsos factū  
esset de illis supprimendis: quod si mi-  
nūs obtineret, testimonium tabulis cō-  
signatum sibi concedi. Ei etiam sese cō-  
iunxerunt aliquot alii delecti ciuitatum  
suarum nomine, veluti Trecensis, Au-  
relianensis, Altissidiorensis, qui repul-  
sam passi sunt publicis, vt perebant, ea  
de re litteris traditis.

Hoc ipso die Hemartus præses Bur-  
degalenis obtulit articulos quosdam,  
qui pertinerent ad vniuersos Ordines,  
rationēsque demonstrarēt subleuandi  
Regis, quos sibi ab Ecclesiasticis tradi-  
tos dicebat, à tertio Ordine deliberan-  
dos. Hic verò placuit codicem absolui,  
ac deinde de illis consultationem habi-  
tum iri. Nominati sunt præterea duo-  
decim ex quaque prouincia grandiores  
natu, vel alioqui in suis prouinciis di-  
gnitate facilè primi, qui generalem co-

dicem recognoscerent & perpolirent; decretum ad hæc fuit vt septem delectis opus illud facere & prosequi liceret absētibus etiam reliquis. Eoque die Bodinus delectus præfuit Præsidis loco, qui absuit pomeridianis horis, quæ admodum etiam Parisienses delecti.

Sabbathi die qui fuit mensis vnde- uigesimus, inchoata fuit à duodecim delectis codicis generalis recognitio, cōstitutumque vt conuenirent cæteri omnes de articulis ab Ecclesiasticis Præsidi Hemarto traditis qui ad rem numariã pertinerēt, deliberaturi, ac proinde cuiusque prouinciæ delectos priuatim adituros alios delectos ætate prouectos, apud quos contexti fuerāt singulares & priuati codices: postero autē die à meridie habitū iri generalem tertii Ordinis conuentum qui rem totam definiret.

Dominico die mensis 20. in generali tertii Ordinis cœtu post meridiē coactō, omnium consensu comprobati fuerunt generales articuli, cautum etiam fuit ne quis articulorum & capitum de quibus inter tres Ordines conueniebat, communis codex conficeretur, verūm suum quisque ordo codicem seorsim of-  
fer-

ferret: à delectis quoque Insulæ Franciæ propositæ fuerunt rationes aliqua æris alieni à Rege contracti dissoluedi, de quæ iis deliberatum, quæ quidem deliberatio in postèrum diem cõtinuata fuit, ac delectus Turonensis præses, qui de iis cum Ecclesiasticis & nobilitate cõferret, duodecim interea delectis in codices recognoscendo occupatis.

Martis die 22. in tertii Ordinis cõtuetu à præside recitata fuit epistola, vndecimo mensis die data, quam ad ipsum scripserat Menagerius Quæstorum præfectus ex eorum numero qui ad Regem Nauarrum fuerant legati, qua quidem epistola significabat ab Archiepiscopo Viennensi legationis sociò communicata fuisse sua mandata, in quibus generalis quædam inerat clausula, vt commentariis quos habebat, adderet, detraheret, immutaret, vt faciendû ille iudicaret, atque operæpretium fuisse eandem quoque potestatem Menagerio tribui. Hic verò placuit Menagerii mandatis nihil addi.

Hoc ipso die post meridiem Bodinus Veromãduorum delectus, absentibus Parisiensibus cœtus moderator, primus vide

licet secundum eos Insule provincie legatus attulit in deliberatione nonnulla de frugali regie gaze administrationem precipue, que ad foeneratam pecuniam pertinerent, quum antea Bigotius preeses Rothomagensis exposuisset capita quedam, que didicerat ex collocatione quam cum Ecclesiasticis habuerat quicum tunc temporis delectus fuerat Bodinus, ut cum Ecclesiasticis conferret, quorum in numero erat Archiepiscopus Lugdunensis Preeses, qui ostendit ex foenoribus male locatis, quibus obnoxius esset, plusquam septies decies centena millia elici posse.

Die Mercurij 23. mensis, Rex in coclave suum accersuit delectos aliquot tertii Ordinis, singulos nimirum ex quaque provincia, quibus exposuit negotiorum quibus vgeretur magnitudinem & difficultatem, ac omnino tum in presentem tum in posterum etiam colligendam & recondendam esse pecuniam: quinetiam ostendit admonitum se fuisse inuenta cuiusdam rationis, que ad congerendos numos populumque leuandum valde conduceret, quam ab Ordinibus expendi & concoqui cuperet, & quid ipsorum sit sententia intelligere. E vestigio autem intromisit Iouletum, Castilianum,

næum, equitem Poncetum, & quendam Bordeum nomine: à quibus explicatum fuit illud inventum. Summa autem erat vt omnium subsidiorum, tributorum & vectigaliũ loco, Regi concederentur quindecies decies centena millia, quæ domesticatim ita numerarentur, vt summa descriptio quiquaginta argenti pondo non superaret, infima autem esset duodecim nummuloꝝ: cuius rei conficiendæ formam quandam & veluti faciem se expressuros promiserunt & delectis tradituros.

Iouis die qui mēsis fuit 24. conuocatus fuit tertius ordo eadem de causa, atque duodecim delecti à Rege fuerant accersiti, dispiçerēt videlicet quo pacto coaceruari posset tum in præsens tum in futurum etiam pecunia, quumque tertij Ordinis præses rationes aliquas afferret leuandi Regis erũ alieno, interuenit Castilionæus qui diceret mandatum sibi à Rege colloqueretur duntaxat cũ delectis quibuscum ipsius maiestas antehac verba fecerat, ineundis expediendisque rationibus amplificandæ Regiæ gazæ & populi subleuandi. Rogatus vt in medio cœtu rationes illas aperiret excusauit fieri hoc à se non posse: nihilominus tamen obtulit descriptionem quãdam & adumbrationem eius quod facere insti-



tuerat tribus chartis comprehensam: cuius exemplar sibi quisque sumpsit ad deliberandum & certi aliquid constituendum; interim dum alij duodecim codici generali reuoluendo præpositi seorsim incumbabant in illud opus, nihilque ad summam festinationem reliqui faciebant.

Hoc ipso die quum in plebeiorum cœtum venissent delecti ex Ecclesiasticis & nobilitate nonnulli, significarunt interprete Ambronum Episcopo decretum inter se esse supplicem Regi libellum offerre, quo peteretur ab ipsius maiestate vt reuocare vellet multas procuraciones & prefecturas, ipso comitiorum tempore, & contra ordinum sententiam ab eo recēs institutas; cuius generis erant vectigaliū scribæ, cotylictæ Theminarij salis venditores: simul hortabantur vt illi quaque postulato subscriptionem suam adderent, quod quidem illis concessum fuit ac libellus à scriba tertij Ordinis obsignatus. Allata etiã in medium fuit alia postulatio, qua rogabatur vt secreti sui Senatus consiliariis qui effrænato essent numero antiquatis & ex auctoritatis, nouos de integro institueret ad octodecim aut viginti quatuor, probos viros Regiæque maiestatis & publico rei studio;

diolos, quorum de sententia aliorumque qui pari numero constituerentur de delectorum postulatis & admonitionibus constitueret.

Inierunt quoque consultationem de subleuando Rege in hac temporum negotiorumque difficultate fiscosque construendo, utroque & citroque allata sunt quaedam rei efficiendae compendia: Atque hic post Ecclesiasticorum & nobilitatis discessum, placuit orandum esse Regem ut Decretum suum concilium redigeret ad viginti quatuor extra Principes: monendum quoque ut mutui nomine certam de ordinum sententia pecuniae summam exigeret à ministris ariarii, quo in numero erant, quaestores tribuni ariarii, coactores, manipes regii patrimonii, redemptores vectigalium, publicani, qui cum ipso partiebantur, veluti qui tributa cogebant mercibus imposita, fortuitos item numos huiusque generis alia.

Die Sabbathi hoc est Ianuarii 26. in tertii ordinis confessu affuit Doctor quidam Pictaviensis, qui postquam Academiae nomine obtulit codicem quendam de Academicarum Gallicarum emenda

tionem, petiitque illum recitari & in deliberationem adduci, quod etiam factum est.

Hoc ipso die quum in cœtum venissent Castillionæus, Poncetus eques, & Bordæus prolixo sermone explicarunt commoda vtilitatésque quas contendebant ad populum redituras introducta illa quindecies decies centenorum millium concessione, lectis tribus tabulis, & commemoratis quibusdam rationibus, allatis etiã ad ea quæ obiici possent responsis: Hic verò placuit seorsim in quaque prouincia re agitata & dexcussa, referri ad cœtum vt certi aliquid Regi tandem responderetur.

Eodem die conuocato post prandiũ cœtu Regis imperio, vt audirent quæ in terprete Cancellario tertio ordini volebat proponere, dixit se missum à Rege, vt moneret conuentum cogitarèt serio de augendo fisco & conseruanda pecunia, ex sententia à Castillionæo, Ponceto, & Bordæo ipsis exposita, ac præsentẽ quidem numerarent ad vicies centena millia in sumptus belli quod iã ingruerat.

Aderat etiam Cancellario Cardinalis

lis Borbonius, Dux Niuernensis, Moruillierius, & Cardinalis quidem breui habita oratione cōuentum hortatus est ad colendā tuendāque religionis Catholice Romanæ confessionem, perseuerarent etiam in ea fide & obedientia quā quisque suo Principi deberet. Ad ea omnia paucis à tertii Ordinis præside responsum est delectos omnes tum publicè tum priuatim Regis obsequio ita ad dictos esse vt qui maximè: veruntamen quoniam earum prouinciarum nomine venerant quæ bellis, ciuilibus planè attrita fuerant & exhausta, orare boni consuleret eius inauistas, si tēpus ad deliberandam sumerent de iis quæ à Cæcelario essent proposita, vt intra diem Martis proximum certi aliquid posset responderi.

Die Lunæ qui mensis fuit 28. in consilium itum est de duobus quæ à Cæcelario proposita fuerant capitibus, atque ab vniuerso cœtu constitutum, quod ad concessionem illam quindecies decies centenorum millium, admonitū iri Regem nullum delectis negotium datum quicquam offerendi.

Martis 29. post meridiem recitati cæ

ptus est codex generalis in frequenti totius Ordinis confessu, isque à duodecim huic rei præpositis recognitus & emendatus.

Die Mercurii mensis 30. coactus est cœtus continuandæ publicæ codicis illius recitationi, & post meridiem excipiendo Regis fratri, qui in conuentu asturus erat de subministrandis quindécies illis decies centenis millibus, qui tamen eo die non affuit, diutius in Nobilitatis conuentu commoratus.

Hoc ipso die grauis & turbulenta in tertii ordinis conuentu contentio exorta est, propterea quod medicinæ quidam Doctor, delectus Lemonicum nomine Paris, volebat tractari caput de religione in codice perscriptum, quod diceret adiiciendum esse se, vt illa religionis Catholicæ Romanæ quæ à tertio ordine postulabatur cōsensio & restitutio, piis rationibus & placidis: citràque bellum fieret, atque ita ab vniuerso cœtu fuisse decreretur, disertèque & nominatim Verforio Oratori mandatū, vt hoc exprimeret. Quod quum à se factum Verforius contenderet, tum primus Delphinatum delectus dixit audacius ipsum

ita

ita loqui. quamobrem delectus ab aliis Prouinciæ collegis, necnon Lugdunensibus & Aquitanis acriter fuit obiurgatus. Iam verò quia tertii ordinis Præses mercatorum Lutetiæ præfectus iniecta manu Lemouicem ad Regem se tracturum dicebat, obstitit generalis Lemouicum præfectus, additis etiam grauius & asperis vocibus: sublato itaque vniuersi cœtus, si paucos excipias, clamore contra Præsidem & Versorium aliosque non multos qui à quibus defendebantur illi, præses à tanta vociferatione & tumultu sibi metuens per posticum sese proripuit. Eo egresso egerunt còplures de alio in eius locum substituendo, qua re intellecta præses, se tumultu aliquantum sedato, tacitus rediit. Versorius aiebat caput de religione vt perscriptum erat, ita etiam fuisse constitutum, sed referebatur, ab vniuerso cœtu, priusquam transcriberetur denuo fuisse correctum, & ante concionem negotium illi datum vt posceret pacem, atque vt illa religionis concordia & recõciliatio absque bello fieret: sicuti reuera postridie illius orationis, palam & disertè abdicarunt hoc ipsius factum quinque prouin-

cia, tametsi non aderat ille Componendi huiusmodi turbis & cōtentionibus, consultò quidam in medium attulit, postulationem alia de re, vnde factū est vt illud de religione caput cuiusmodi erat, nec emendatum permaneret.

Iouis vltimo Ianuarii die in tertii Ordinis confesso decretū fuit si Regis frater veniret in cœtum postulaturus illa vicies centena millia responsum iri, mandata Regis imperio de conuocando communi Concilio missa, ad duos fines spectare: primū vt querimonias ex postulationesque apud eum suas exponerent, alterum vt iniretur rationes Regis ære alieno liberandi, nec vllam myriadum illarum mentionem factā, quæ causa esset vt nihil haberent in mandatis de summa aliqua offerenda. Suppliciter itaque orandam ipsius maiestatem, vt si huiusmodi quod postulabat subsidium minus concederēt in bonam partem acciperet: existimare tamen si de ipsius consilio certiores fierent prouincie, nihil ad eum subleuādum quod sui esset officii prætermitturas, quemadmodum semper fecissent in huiusmodi rerum difficultate.

Hoc

Hoc ipso die pomeridiano tempore, Regis frater tertii ordinis cœtum adiit comitatus Ducibus Menio & Niuernensi, necnon Moruillero, cuius verbis exposuit prouinciam sibi datam de vicies illis centenis millibus numerandis, atque etiam concedendis quindecies illis decies cœtenis millibus, ostēditque quantum hoc ipsius maiestatis interesset. Responsum fuit à tertii ordinis Præsidente verbis præcunte, qui Regis fratrem orauit ut pateretur deliberationem illam à scriba ut erat ab ipso perscripta recitari: quod renuit ille admonitus, ut suspicio erat, de eius sententia: verum cœtum ipsum hortatus est quod proposuerat in disceptationem reuocari, prouidendum quoque ut Regis fratris voluntati satisfieret: quod quidē post Principis discessum de integro in deliberationem adductum est, ac sicut antea placuerat, decretum de illis vicies cœtenis millibus, necnon de noua illa subsidii cōcessione, dato Præsidi negotio ut hoc significaret ipsius maiestati.

*Acta Februario. 1577.*  
 Veneris die qui incidit in Calendas



Februarias, quum adessent duo nobiles  
 à suis missi, exposuerunt se recens admo-  
 nitos, Lutetiæ multos illiciti fœnoris ef-  
 se reos, huicque occasione quosdam im-  
 minere vt bonorum publicatione mul-  
 tāsque illis irrogatas à Rege muneris lo-  
 co impetrarent: quo circa in tantis eius  
 difficultatibus & negotiis statuissē ab i-  
 pso petere, ne eiusmodi publicationes  
 & multas largiretur, immò verò potius  
 conferret ad vsus necessarios, ac in super  
 etiā certas quæ necessariae viderētur pe-  
 cuniæ summas mutuò exigeret à quibus-  
 dam alienigenis, qui ærarii cōmoda &  
 redditus cum ipso participarēt, præcipuā  
 que huius regni vectigalia obliquis te-  
 nerent, potius quàm à suis indigenis ci-  
 tibus: hortabātur præterea vt huius po-  
 stulationis socii & adiutores esse vellēt,  
 quod quidem illis fuit concessum.

Hoc ipso die post meridiem tertii Or-  
 dinis præles tetulit sermones secum ma-  
 nè à Rege habitos post responsionem  
 ex tertii Ordinis sententia à se datam,  
 quum adessent vnà duodecim provin-  
 ciarum legati, aiebātque Regem grauif-  
 simè tertio Ordini succensere, priuatim  
 autem delectis Insulæ Franciæ nonnul-  
 lis,

lis, in quibus persuasus erat quosdam  
 inesse ab hostibus suis appositos, qui i ré  
 liquos ab officio abducerent. Iubebat i-  
 raque deintegrò consultarent de illis vi-  
 ginti myriadibus quas ad semestre spa-  
 tium ipsius Maiestas flagitabat, nec non  
 de quindicies illis decies centenis mil-  
 libus, omissis quas à suorum mandatis  
 petere solerent excusationibus. Hic pla-  
 cuit sequenti die cœtum cogi: quoniam  
 verò dies ille dicatus erat Virginis pu-  
 rificationi reiecto in Dominicum diem  
 conuentu, nihilo minùs illo ipso purifi-  
 cationis festo fuit habitus.

Quum cœtus dimitteretur delectus  
 Altissiodorensis quæsiuit cur Insulã Frã-  
 ciã, potiùs quàm alias prouincias Rex  
 perstringeret. Dixit ille non aliù quem-  
 quam his verbis attingi præter Bodinũ  
 Veromanduorum delectum, qui cetero-  
 rum animos alienaret, cuius rei Bodi-  
 num ipsum delectus ille admonuit. Su-  
 spicionis autem huius hæc erat causa,  
 quod Bodinus è reipublicã, populique  
 commoda sententiã suã accommodã-  
 ret. plerumque, illi assentiebãtur decem  
 alii Insulæ Franciæ delecti: Vnde fiebat  
 vt tertii ordinis moderator Parisiensis

mercatorum præfectus, atque vrbis delectus, pronuntiare cogeretur ex aliorum Insulæ Franciæ quæ prima erat prouincia, legatorum sententia, quidem alii plerumque sequebantur.

Hæc causa fuit cur Parisienses legati quibus animosè sæper, quoties de publicis vtilitatibus ageretur Bodinus obstiterat, sinistros multos de ipso rumores spargerent, quasi alienus esset à Regis commodis, sicuti à nonnullis admonitus ille fuit. Iam vero quia Regi præsenti adesse Bodinus consueuerat nisi prouinciæ quam habebat necessariis negotiis auocaretur, illumque de his quæ afferretur in medium, eruditè & grauius disputantem cupidè Rex audiebat, vt continenter factum fuerat à 25. Nouembris quo primum die à Rege fuerat accersitus, benigneque & liberaliter inspectantibus ex nobilitate multis exceptus, atque etiam iussus prandio Regis deinceps interesse, quum triduo ante reuocasset præclaram illam & nunquam satis laudatam aui sui consuetudinem, de honestis, grauibus & eruditis sermionibus in mensa adhibendis: quam de Bodino detrahi audiret, teneri Rex non potuit

potuit quin diceret bonum virum esse: quod quidem à Bigotio Regio aduocato, qui sermonem præsens audierat Boudino renuntiatum fuit. Ab eo quoque tempore ex plurimis aliis intellexit, pessimè semper iis Regem sentire, qui ad se deferrent sententias in ordinum conuentu dictas, quique assentatoriè ex eorum à quibus erant legati incommodis & damnis volebant crescere, eouisque ut illos diceret improbos esse ac perfidos, quibus noller quicquam committere.

Postridie Calendarum Februarii, quanuis propter solennium illum diem festum in proximum Lunæ reiecta esset consultatio, conuentus tamen habitus est, vbi quum rursus ageretur negotiū illud de viginti numorum myriadibus in sex menses erogandis, atque etiam de noua illa quindecies decies centenū millium concessione, cælum terramque mouerunt Parisienses delecti, ut carus consensum extorquerent: veruntamen eadem quæ ante placuerat tunc quoque vicit sententia. Ratio hæc erat, quòd veriti Parisienses delecti, ne belli causa manus iniiceretur vestigialibus ararij sui publici, quæ annua efficiebāt tricies

centena millia ac præterea centies vigin-  
 ti millia, argenti pondo: quæ quidē res ex-  
 citatura esset maximam vrbe in sedi-  
 tionem, non sine summo delectorum  
 aliorumque optimatum discrimine, hoc  
 ergo vt vitarent, simul etiam vt quod ca-  
 ptabant impetrarent à Rege, conaban-  
 tur totum hoc onus in reliquam Galliã  
 deriuare, ex alieno nimirum valde libe-  
 rales. Adde quòd illa viginti numerum  
 myriades in semistre spatium concessa,  
 in posterum anniuersariæ euadere po-  
 tuissent, vel saltem toto belli tempore  
 exigi, quandoquidem hoc fieret conces-  
 sione ordinum, qui tamen nullum habe-  
 bant huiusce rei mandatum. Reperta est  
 etiam chartula quædam tertii Ordini-  
 nis, atrii valuis affixa, in qua scri-  
 ptum erat fore vt inuaderentur ararii  
 Parisiensis vectigalia, quandoquidem  
 bella ciuilia accenderat illa ciuitas, qui-  
 bus vniuersa Gallia conflagraret. Ab eò  
 verò tempore nõ nisi rarò tertii Ordinis  
 cõuentum obierunt Parisienses delecti,  
 quibus absentibus in illo cœtu Bodinus  
 ipse præsidebat, Lunæ qui fuit quartus  
 mensis dies, cautum fuit vt scribæ & v-  
 triusque eius assessores chirographis,  
 atque

atque etiam certis notis obli gnatus & munitus generalis codex, deinde Regi offerretur à scriba comitantibus ipsi singulis cuiusque prouincia delectis, idque si fieri posset cum adiunctis Ecclesiasticis & Nobilitate rogaretur etiam Rex vt de eo quàm citissimè pronuntiare vellent, nee tamen discedendi veniam peterent, ne occasione inde arrepta amittenda darentur re infecta.

Die februarij quinto absoluta fuit descriptio generalis codicis in quo inerant quadringenti articuli.

Proximo, qui fuit mensis sextus, coactus fuit tertius ordo vt clauderetur generalis ille codex, ac publicè de integro lectus fuit sine cuiusquam reclamatione.

Hoc ipso die placuit subscribendum esse cum Ecclesiasticis & Nobilitate supplicij libello, quo peteretur sanctioris Regis consilij senatores ad octodecim aut ad summum viginti quattuor numero reuocari, qui omni hæreseos suspitione vacui, coniuratorum contra eius maiestatem partes nullo modo essent sectati. vtque ex singulis prouinciis singuli deliberentur. veraret præterea ne quis à secretis epistolis tum in ætatio tum in publicis etiam negotiis haberet

illos huius notæ librarios & amanuenses  
in suum contubernum admitterent. Cautū  
prætere ea fuit vt ille, tertij Ordinis scribæ  
mercedis loco duo argentei capitali singu-  
lis præfecturis se numerarentur, quod si co-  
dicis ipsius & antographi exemplar habe-  
re vellent delecti, illis daretur mercede, vt  
æquū erat scribæ per soluta. Neque tamen  
vllum eiusmodi exemplar deinceps potuit  
obteneri causificante scriba nondum à se  
descriptum esse.

Hoc ipso die Barrensis ad sequanam  
præfectus Blesis discessit vt ad diem adesset  
cum alijs aliquot ex quaque provincia  
delectus & in hūc finem dimissis: suffectus  
quoque Parisiensis, aliique nonnulli cum eo  
missi secum abstulerunt associationis illi  
privatim à quibusdam Lutetianis ciuibus,  
iuxta formulam Regis auctoritate confir-  
matam.

Veneris qui octavus fuit february dies,  
Augustodunensis Episcopus, Monmorin<sup>us</sup>,  
& P. esles Pictaviensis reuerfi ex legatione  
plebeio Ordini renuntiarunt quid à se a-  
ctum esset cum Principe Condzo, quem  
negabant voluisse audire legatos, vel ordi-  
num litteras accipere; eò quod dicerent se  
delectos ab Ordinibus, quos eo loco & nu-  
mero

mero ipse non agnosceret, quando quidem iusta & legitima Comitiorum forma serua-  
ta non esset: immò vero delecti illi subor-  
nati essent, corrupti, inducti atque etiam  
instigati à profelsis Regni hostibus, qui  
moliti érant Edicti pacificatorij abrogati-  
onem cum totius Gallia, cuius calamitatè  
deplorabat, pernicie & interitu.

Se verò pro eo quod Regno indignita-  
ti, cuius Dei benignitate tam propinquus  
esset Princeps, patriæque vniuersæ saluti  
deberet officio, facultates omnes & opes à  
Deo concessas ad extremum vsque spiritum  
collaturum, nec dubitare quin adiutores  
& socios habiturus esset plerosque ex nobi-  
litate, aliòsque vetustæ huius monarchia,  
quæ tam miserabiliter & perditè duodeui-  
ginti ab hinc annis afflictæ essent conseruã-  
dæ studiosos.

Quumque Episcopus Augustodonen-  
sis & collegæ literas illas Ordinum i-  
terum obtulissent, prosecuti eo honore qui  
deliberetur tanto Principi, petiissentque  
vt eas accipere vellet, & quæ in mandatis  
haberent audire, hoc abnuisse Principem,  
qui huiusmodi conuentum non agnosceret  
pro ordinum comitiis, quæ quidem si libe-  
ra fuissent & legitima obiturus ipse fuisset



pro summo suo erga Regem & patriæ tranquillitatē studio. Exploratum sibi est, per prouincias dimissos fuisse mangones proxetas, qui delectorum electionem subornarent, quorum nonnulli fide prostituta manifeste essent præuaricati, mutatis & adulteratis mandatorum commentariis: satius & oprabilius sibi fore ad vsque terræ centrū detru di, quàm vt spectator esset tam cruentarium & miserabilium tragædiarum quas nemo non aliquo iudicio præditus impendentes prospiceret, seque propter tantam hominum cladem, Regni que huius vniuersi excidium votis omnibus cupere duello inter præcipuos belli Duces & auctores duntaxat decerni, ac summæ felicitatis loco habiturum, sanguine suo vitam redimere tam strenuè & generosæ nobilitatis vtrarumque partium, cuius virtute & manu queri posset Regnum aliquod aut ampla ditio, sicuti paucis abhinc diebus oblata esset occasio: hocque modo patriam eripere ex miserrimo seruitutis iugo, quo publicam libertatem opprimere nonnulli conarentur, constare sibi tam propinqui & manifesti naufragij auctorem non esse Regem visum sed exitialia eorum consilia, quibus hoc vnum curæ erat vt ex genuinorum Gallorū sanguine

sanguine profuso & passim redundantem  
 crudelem voluptatem caperent, cuius scele-  
 ritati consilij Deum implorant vindicem.  
 Semper in Rege se cognouisse clementiam  
 tanto Principe dignam & sincerum verita-  
 tis studium, ingenuum quoque alienum à  
 quibusuis cōfusionibus & *anaxarista*, deni-  
 que fidelis & perpetuę inter ciues suos con-  
 cordiæ tuendæ summè cupidū esset ipsum  
 quæ quidem solida esset & præcipua ratio  
 Regiæ maiestatis continendæ.

Cui quum respondisset Augustodu-  
 nensis Episcopus, si quidem dignitaretur  
 princeps sua nobilitate & plebis audi-  
 re mandata, iustis & firmis rationibus co-  
 gniturum ex aliorum delatione pessimè,  
 quod tanti Principis pace dictum vellet,  
 sibi compertam integritatem quæ in con-  
 uocandis Ordinum comitiis esset adhibi-  
 ta, quibus interfuissent primarij eximij re-  
 gni proceres, præditi magno candore o-  
 ptimo animo, summaque consciētia pu-  
 ritate: cuius rei luculentior præbuis-  
 sent documentum conquirendis exponendis-  
 que iustis rationibus quibus stabilis &  
 perpetua Regni pax constitui pset, ac  
 pristinus eius splendor redintegrari. Ac  
 rursum oblatis Principi Ordinum literis

rogassent sua mandata vellet audire, iterum renuisse, atque in pristina mente expostulationis monitis persistisse. Veruntamen si quid haberet Episcopus quod Regis nomine exponeret, libenter & benignè, ut cupiebant se auditorum: hic verò respōdisse Episcopum, se aliòsque qui adessent non alio nomine cum Principe agere posse, quàm legatorum qui ab Ecclesiasticis, Nobilitate & plebe essent missi: sed tamen quum precibus suis nullum viderent dari locum grato saltem animo exciperet Ecclesiasticorū & officiū cui demissis animis se illi commendatos vellent, honorem, obseruantiam, & reuerētiam illustrissimo Principi & singulari Dei beneficio regia Gallorum stirpe oriūdo debitam offerrent: quod quum eodem modo à Momorio, & Pictaviensi præfide tertij ordinis legato esset factū, maximas Ecclesiastico Ordini gratias egisse Principē, quos sibi perpetuò charos & honoratos fuisse diceret, se que in posterum quoad eius posset fieri illi adiumento & præsidio fore, sicuti etiam nobilitati, paratos operā illis officiaque sua impendere, non minus quàm plebeiis, quorum se vicem valde miserari affirmabat propter grauissima quæ  
cer-

ceruicibus ipsorū impenderēt mala: quippe qui iugularentur ab iis qui Ordinum nomen præferrent. Quæ quum essent dicta salutato rursus Principe, delectos discessisse.

Hac narratione, vt modo conscripta est à delectis in tertij Ordinis confessu explicata, gratia illis ab vniuerso cœtu est habitata, decretumque vt hæc eadem consignarentur in Ordinis ipsius commentario, quum affirmassent illi rem, vt gesta erat, à se fuisse commemoratam, atque ipsa Principis verba recitata.

Sabbathi nono mensis die oblati fuerūt Regi trium ordinum codices à triginta sex delectis, duodenis scilicet ex quoque ordine, quod quidē pridie tentarāt, sed Rex in posterū diem voluerat differri, pollicitusque hreni se responsum, accepit etiam supplicum illum de sanctiore concilio libellum, quem sibi gratum fuisse aiebat.

Eodem die vagatus est rumor munere abdicatos ab eo fuisse Lenoncurtiū & Lemouicensē, qui etiam excesserūt ex aula. Rogauit præterea delectos ne abirent ante legatorum ad regem Nauarrū & alios reditum qui que discederēt hoc pacto declaratos quam malè erga se fierent affectio-

Martis die qui Februarij duodecimus  
 fuit quum Ambronum Archiepiscopus &  
 Mantenonius nonnullis aliis Ecclesiasti-  
 corum & nobilitatis delectis communitati  
 adissent tertij Ordinis conuentum, cui tunc  
 præerat Bodinus Veromanduorum dele-  
 ctus absente Præsidente & Parisiensibus de-  
 lectis, dixit Ambronensis inter Ecclesiasti-  
 cos & nobilitatē conuenisse, de duodecim  
 ex quouis Ordine deligendis, qui inter es-  
 sent codicum decisioni, peterentque à Re-  
 ge ut eos accipere vellet & ratos habere,  
 hortatus est etiam plebeios idē ut facerent,  
 sicuti antea iam constitutū fuerat. Illos nō  
 vulgares cœtus nomine gratias Bodinus  
 egit, quod sedulo & ex animo semper inui-  
 tassent conuentū ad ea quæ Reipub. inter-  
 esse iudicarent, quū plebeiorū potius fuisset  
 anteuertere. Iam tamen si quod petebat  
 iam decretum fuerat, nihilominus pro eo  
 qui cœtui deferebatur honore, permitte-  
 rent sibi adhuc spatiū ad deliberandum, ac  
 postero die responsum illis redditum iri.

Re post meridiem eadem die in deli-  
 berationē adducta præsidente Bodino Ve-  
 romanduorum delecto propter Parisien-  
 sium absentiam, placuit nullos ex tertio  
 Ordine deligendos, qui de codicibus vel  
 iudica-

iudicarent ipsi, vel etiam iudicio & consultationi interessent: quod si quis reliqui Ordinis eligere conarentur & nominarentur intercessuros esse plebeios. Et huius quidē rei Ecclesiasticis & nobilitati nominatiōis significandæ Bodino partes mandatæ sunt.

Mercurii 13. mensis die Bodinus in tertii Ordinis cœtu rursus rogatus est, vt decretum pridie factū Ecclesiasticis & Nobilitati significaret, quod quidem fecit comitatus Præfide Molinēsi, & sex aliis delectis, ac in atrio quidem Ecclesiasticorum Bodinus proximè Laudunensem Episcopum Ordini assidentib⁹ reliquis collegis sessum receptus est. Ac honorificè apud ipsos præfatus sermonem exorsus est à pronuntiato politico, In publicis negotiis scilicet nihil periculosius esse quàm animi sui sensa & opinionones semel cōceptas, mordicus retinere, sed mutādas esse sentētiās & melioribus cōsiliis locū dandum. Perrexit deinde, Ordinis sui homines cum reliquis duobus petiisse à Rege vt ex uniuerso rotius concilii corpore, sumeret certum ex quoque ordine delectorum numerum: parū consideratè tamen

neque satis expendentēs, quorum eua-  
 dere posset huiusmodi postulatio. Quæ  
 causa fuisset, ut re postea in deliberatio-  
 nem reuocata, post longam & variam  
 disceptationē, ad extremum statueret  
 nullos ex suo ordine esse deligendos,  
 atque orandum Regem, ne quos assu-  
 meret iudicandis vel dicendis illis co-  
 dicibus, quippe cum hanc potestatem  
 non haberent ipsi Ordines: quæ quidē  
 defensio firma ac solida, qua suis exce-  
 ptiones perimeret. Imò ne procuratori  
 quidem rei priuatæ licere substituere,  
 multò minus delectis qui publicam pro-  
 uinciam eamque tanti ponderis sustine-  
 rent. Quinetiam si concessum illis esset,  
 aliquos illorum codicum iudices nomi-  
 nare, in animo tamen non esse hoc face-  
 re propter publici iuris iacturam & vio-  
 lationem quæ fieret in fraudem vniuer-  
 si Galliæ populi, qui quum ad quadring-  
 gentos circiter delectos, qui Ordinum  
 nomen haberent, redactis esset: si rur-  
 sum ad octodecim, aut viginti sex reuo-  
 carentur illi, nimirum angustis finibus  
 circumscribi vniuersum Gallici nomi-  
 nis Concilium. Iam uerò etsi nemo erat  
 in conuētū, qui vel precibus, vel donis,  
 vel

vel pollicitationibus posset expugnari,  
 verendum tamen ne regii splendoris,  
 tantique Principum & procerum con-  
 fessus metu & formidine perculsi de  
 gradu rectaque sententia dimoueretur:  
 quo pacto aiunt Ludouicum vndecimū  
 adhibitis duodeuiginti viris, quos co-  
 mitiorum nomine cōuocabat, de rebus  
 omnibus pro arbitrio statuentem iacta-  
 re solitum eorum quæ libuisset ipsi, au-  
 ctōres esse Ordines, qua ratione infini-  
 tam Regibus licentiam peperit, vt vur-  
 gari etiam & vernaculo fertur prouer-  
 bio. Hoc etiam modo perpetuus & ve-  
 lut ambulatorios redditum iri Ordines,  
 sublata interim legitima Comitio-  
 rum forma. Atque vt demus eiusmodi  
 delectos constantes & incorruptos fore  
 maiore tamen suffragiorum numero su-  
 peratum iri. Quod si maiore essent nu-  
 mero illi, cum aliis aliquot arcani regis  
 Senatuspublici boni suaiores, iudicium  
 nihilominus esse penes Regē, quo præ-  
 sente cessaret vniuersa secreti Concilii,  
 cunctōrumque in hoc regno magistra-  
 tum & præfectorum auctoritas, vt ni-  
 hil iubere queant vel sciscere. Secretum  
 verò illud cōcilium potestatis nihil ha-



bere vel præfente Rege vel abfente,  
 quandoquidẽ iudicandi cauffa nõ effet  
 conftitutum, nec quifquam foret arca-  
 ni confilii fenerator, qui aliquod hac in  
 parte munus à Rege obtineat, Hic refpõ  
 dit Archiepifcopus affuturos conferen-  
 di non iudicandi cauffa, tametfi prior  
 poftulatio de iudicio faciendo & dicẽda  
 fententia ageret. Retulit Bodinus peri-  
 culofiore ad huc fore eiusmodi collo-  
 cationem vel confultationem. Siquidẽ  
 priuati iure fuffragii perpetuò futuri ef-  
 fent in fecreti Regis Concilii arbitrio,  
 quod Regis fanè voluntati effet obtem-  
 peraturum: & tamen hanc decretis clau-  
 fulam additum iri. Auditis, & in confi-  
 lium aduocatis delectis, vt in pofterum  
 nulla vmquam fuper effet reftitutio vel  
 prouocatio. Cæterum quod ad tertii Or-  
 dinis codicẽ attineret, vfque adedõ per-  
 fpicuum effe, tamque firmis rationibus  
 munitum, nihil vt addi poffe videretur.  
 Quum autem charta non erubefcat, fi  
 repulfam ferrent, ad ipfius tamen maie-  
 ftatem fupplicibus oblati libellis per-  
 fugiũ femper fore. Verumtamen fi quid  
 in codicis capitibus obfcurum, aut con-  
 trouerfum arcano Concilio videretur,  
 ab

ab eius maiestate accersi posse aliquos  
 delectos, qui dubitationem intellectam  
 referrent ad suos definiendam & Regi  
 commoda responsione explicandā. Mul-  
 tis vltro citroque allatis argumētis, quū  
 animaduerneret Bodinus primi nomi-  
 nis Archiepiscopos & Episcopos qui  
 aspirarent ad secretum illud concilium  
 in rationibus quas afferebat non acqui-  
 escere, dixit præterea, si Ecclesiasticis fi-  
 xum esset ac deliberatum delectos ali-  
 quos ea de causa nominare & assumere,  
 ne ægrè ferrent tertium Ordinem in-  
 tercedere, sibi que mandatū hoc vt ipsis  
 significaret. Hic quum obstupuissent, di-  
 xit Archiepiscopus Lugdunensis Eccle-  
 siasticorum Præses de eo sibi cum Nobi-  
 litate conuenire. Subiecit Bodinus mul-  
 ta habere plebeios de quibus agerent,  
 atque exoptularent etiam contra alios  
 Ordines. Hoc verò iuri tum diuino, tum  
 humano repugnare, vt iidem iudices es-  
 sent & aduersari: antiquū præterea hoc  
 esse Regni institutum passim in omni-  
 bus Christiani orbis imperiis vsurpatū,  
 ne quid duo Ordines statuere possent  
 cum tertii damno. Ad extremum Eccle-  
 siasticos rogauit, vt ea de re de integro

deliberarent, sicuti à tertio Ordine factum fuerat, postulationesque in contrariam partem iam oblatas reuocari & missas fieri posse.

Respondit præses rem denuò in consultationem vocatum iri.

Eodem die Lugdunensis Archiepiscopus, vetus, Bodini vt quidem in cœtu narrauit, sodalis & condiscipulus, nactus illum in arce regia consuluit quid sibi facto opus foret in eo, de quo manè egerat negotio.

Dixit ingenuè Bodinus si quidem famæ & existimationi suæ vellet consultum, caueret etiam atque etiam ne ex cõsilio suo nominarentur delecti, vel etiam in eorum qui nominati forent cætum veniret ipse, propter rationes iam allatas, aliásque quæ à Bodino non fuerunt diuulgandæ.

Eodem die quum Nobilitatis confesum Bodinus adiisset, comitantibus iis de quibus dictum est, atque eadem commemorasset, Præses nobilitatis dedit illi manus. Mâtenonius autem cum aliis quibusdam dixit hoc iam fixum & decretum esse, licet plerisque in illo conuentu Bodini rationes viderentur planè

nè necessaria.

Veneris qui fuit mēsis decimus quintus, quum ab Ecclesiasticis hoc ipsum in deliberationem adductū esset, vt statuerent, an nominādi essent delecti iudicandis definiendisque codicibus, re diu multūque agitata: tandem eò vētum est, nullos esse nominādos, nec suscipiendum eiusmodi codicum iudiciū. Re omnium quæ in comitiis propositæ fuissent, grauissima ad Regem delata, quum præterea sola Nobilitas hoc suaderet, dixit quidam aulicus, Bodini arbitrio Ordines versari, vt quidem illi nuntiarum est. Quæ quidem causa fuit vt Regis animū & vultū minùs quàm antea serenum ac benignum Bodinus sentiret, vt quidem suspicabatur. Hoc ipso die post meridiem Archiepiscopus Viēnensis, Rubemprius, Menagerius præfectus arario ab Ordinibus ad Regem Nauarrum legati, quum rediissent, retulerunt seorsim ad singulos Ordines quid à se actum foret. Narrabant itaque à Cācellario ceterisque Nauarri magistratibus & ministris humanissimè & officiosissimè se fuisse exceptos, occupato interim Rege, in oppu-

gnando & tormentis quatiendo Marmãda oppido Burdegalæ vicino, à qua tamẽ oppugnatione destitisset post legatorum aduentum, quũ oppidani se verbis Regi submisissent: qui quidem reuersus Agenam exceptis legatis & Ordinum literis, audiisset quicquid Ordinum nomine legati habebant in mandatis, quæ quidem Archiepiscopus recitauit, omiſſis tamen asperioribus quibusdam vocibus, quæ minitari & periculum ipsi denuntiare videbantur, quas tamen in cõclauis Archiepiscopus deinde illi significasset. Ea porrò omnia in bonam partem accepisse Nauarrium, data responsione admodũ humana & beneuolentiæ plena. Et eas quidem admonitiones in medio cœtu Archiepiscopus recitauit.

Legatorũ porrò mandata tria continebant præcipua capita: primũ gratulationem Regi ipsi pro eo dignitatis & amplitudinis gradu, quem in hoc Regno obtineret cum officiosa inuitatione ad Comitata obeunda. Alterum vt se ad Regem & Ordines aggregaret ciuibus omnibus ad vnã, eandẽque religionem Catholicã, Apostolicã & Romanã

Romanam perducendis. Tertium erat de publicis incommodis & calamitatibus quæ secuturae essent eo dissidete ab Ordinibus, quibus omnino certum esset ac deliberatum vitam opesq; omnes & facultates conferre ad illam religionis inter Regis subiectos reconciliatorem faciendam.

Ea omnia Nauarrum boni consuluisse, profusis etiam lachrymis quum Archiepiscopum audiret belli ærumnas commemorantem, ac Ordinibus ipsis respondisse tum literis tum etiam amplis mandatis. Literarum autem inscriptio hæc erat, Dominis meis, Ornatis viris Comitibus Bleis habentibus: subscriptio autem, Vobis deditissimus & officiosissimus amicus Henricus. Earum porro summa hæc erat. Quod legatos ad me mittere dignati estis, eosque tanta dignitate & meritis, amplissimi viri, maximam vobis gratiam habeo: quos ego quidem legatos per quam libenter vidi & audiui, quemadmodum summo studio & honore à me semper excipietur, quicquid à tam illustri & eximio cætu prodibit. Interea testatû vobis volo magno mihi dolori esse, quod coram adesse non pos-

tui & re ipsa declarare quanti mihi sit eiusmodi conuentus, quantaque mea sit in eo vobiscum consensio, quod studeatis omnes malis & calamitatibus quibus iam pridem hoc Regnum conflictatur finem aliquem imponere, atque ut melius constituatur apud Regem dominum meum rectis sanisque consiliis ac legibus procurare. Verum enimvero tam sancti huius instituti de regno continendo instaurandoque effectus, meo quidem iudicio in eo positus est, ut suasionibus vestris ac postulatis Regis animus ad pacis studium adducatur. Huc enim si spectabunt consilia vestra & postulationes, non difficile erit, querelis vestris & admonitionibus prospicere, easque ad optatum finem & euentum perducere, atque hoc pacto deliberationum consiliorumque vestrorum fructum percipere atque etiam ad posteritatem transmittere. Quod si quorundam opera & artibus (quibus modo priuatis affectibus & commodis obsequetur & inserviant susque deque est Galliae interitus) pacem iisque adeo necessariam est manibus vobis excuti sinatis, multum vereor ne vestra mea que ac multorum qui in hoc Regno

Regno sunt viri boni, vota inania sine  
 ac irrita, vanæque spes omnes de hisce  
 comitiis conceptæ, vt non tantum fru-  
 ctu ex tanti conuentus expectatione o-  
 blato frustretur vniuersum hoc Regnû,  
 verum etiam deteriore fiat conditione,  
 si modo in gradu suo perstare queat.  
 Quocirca, vos amplissimi viri omnibus  
 precibus oro & obsecro, velitis in consi-  
 lium & deliberationem reuocare hoc  
 caput vnde pendent reliqua omnia, præ-  
 cipue verò consolatio illa & tranquillitas  
 tantopere exoptata, qua vna conti-  
 neri videtur Regni salus, idque eò ma-  
 gis quòd huiusmodi in reb<sup>9</sup> bis peccare  
 non licet. Ac ego quidem agnosco, non  
 mea tantum commoda & utilitates, si-  
 cuti & ceterorum ciuium cum publicis  
 esse coniunctas, sed etiam eum esse me,  
 cuius maximè, secundum Regem & do-  
 minum, meum, & ipsius fratrem maxi-  
 mè inter sit Regni huius incolumitas &  
 restitutio. Proinde nolite dubitare, quin  
 perpetuò sim paratus ex animo vobiscum  
 agere & curare quidquid ad eius salu-  
 tem & tranquillitatem pertinere vide-  
 bitur, opesque omnes meas & faculta-  
 tes Dei benignitate mihi tributas, adeo



que vitam ipsam impendere, non minus quam cunctis vobis generatim gratificari & inseruire, ac priuatim vnumquenque vestrum officiis omnibus demereri. Quod superest quia familiarius & magis *κατὰ λήπτον* eximiis vestris delectis exposui quid petam à vobis concedi & admitti, finem faciam adhibitis ad Deum precibus, venerandi Domini vt vos sancta sua gratia & Spiritu afflare velit & illuminare. Caterum valdè ampla sunt Regis Nauarrii mandata. Si quidem exorsus à gratiarum actione erga Ordines, qui primarios è suis ad ipsum legatint, laudat quidè ipsorum studium & egregium in Regni huius incolumitate & pace continenda voluntatè, veruntamen metuit ne illa de tollerando vnus tantùm religionis Romanæ cultu Regi oblata postulatio, non satis sit accommodata ad quietem illam tantoperè expetitam via, non magis quam turbis & moribus componendis, qui superioribus eò sunt deteriores futuri, quod præclusus erit omnis ad pacificationem aditus, vt maximè vtrique hoc velint & cupiant: obstructa præsertim cum maxima & publica perniciè in  
 poste-

posterum cuius compositioni via, vbi hoc in dubium vocatur & serio contenditur Regis fidem pro suo & publico statu retinendo obligari non potuisse. Quocirca Regem Navarrae vehementer etiam atque etiam ab Ordinibus petere, & per Deum obtestari, pro eo quod Regi & patriae debent officio, seriam & attentam cogitationem huius rei suscipiant, rei inquam, si qua aliàs vnquam in consultationem venit, maximae & periculosissimae. Rogat etiam expendant non tantum quid velint aut cupiant ipsi, sed quid ferre queat miserum hoc Regnum, quid etiam fieri possit, instar aegroti qui de valetudine recuperanda sollicitus non sumit quod iucundum est & aridet palato, immò verò quod insuaue est & acerbum, morbo nimirum profligando conuenientius.

Quod si Catholicis, qui religionis suae cultu placidè & citra offensionem fruuntur, stomachum mouent religiosi quibus suam planè conantur eripere, eamque toties & tam longo tempore concessam & permissam cuperè serio secum reputent Ordines, vanos fuisse & irritos de ea profliganda conatus in Gallia, Anglia, Pannonia, Boemia, Dania,

Dania, Scotia, Suetia, Heluetia, Germania, vbi locū & sedē habet fixam, Regiam que maiestatem de illius cultu in Polonia tuendo nullāque mutatione facienda publici motus vitandi causa, iure iurādo etiam interposito fidem dedisse.

Nec morentur quod hæretica habetur eiusmodi religio. Hoc enim vt ita habere demus, quod secus est, eiusmodi tamen conuentu tolli nec debere nec posse, verum generali Synodo auditis iis quorum res agitur.

Quod autem à nonnullis ditionis suæ Bearnæ vnde Catholicæ religionis cultus à matre sua profligatus esset, exemplum afferretur, habere in animo Nauarrium Regem iamque cæpisse eam restituere.

Quocirca iterum tertiumque orare & obsecrare Nauarrium vt serio hoc apud se cogitent, atque in consilium deliberationemque reuocent.

Quòd autem petunt à Rege Nauarro Ordines, vt consilia virēsque suas cum Rege & comitiis ipsis coniungat, arbitrari Nauarrium omnia sibi cum ipsis naturalia & publica vincula & iura intercedere, nec quicquam optatius habere quàm vt illi obtemperet & demississimè inseruiat summo si

bi honori & felicitati esse tam propinquam  
 vt cum ipso habet cognationis & affini-  
 tatis necessitudinem, agnoscere etiam tot  
 tantisque quæ ab ipsius maiestate accepit  
 honoribus & beneficiis ita esse obstrictum  
 vt ad tã arctam coniunctionẽ nihil possit  
 accedere vel desiderari, quod si demissis  
 suis officiis obsequiisque augeri queat, mo-  
 dis omnibus elaboraturum.

Quod autem priuatim ab eo petunt ef-  
 ficiat vt vnica tantum vigeat Religio Ca-  
 tholica Romana, & quam nunc profitetur  
 abiiciat, solere Deum precari, precisque  
 suas in huiusmodi cœtu nunc iterare, vt si  
 quẽadmodũ credit recta est & orthodoxa  
 sua religio, in ea magis, ac magis confirme-  
 tur: sin contrã eam quæ pia est ac salutaris  
 patefaciat, vt eius spiritu illuminatus eam  
 sequatur, in eaque ad vitæ exitũ vsque per-  
 seueret, ac discussis mentis erroribus vires  
 animũque & facultatem tribuat eius ex  
 hoc Gallix Regno atque a deo vniuerso or-  
 be exterminandæ.

Adiecit Viennensis Archiepiscopus  
 quum ministrorum consilio & opera ex-  
 puncta fuisset hæc clausula, Nauarrij volũ-  
 tate & iussu fuisse additam.

Ad extremum petere à Concilio vt ref

ponsonem hanc suam boni consulat: verū  
tamen si luculentiorē desideret, depreca-  
ri ne iniquē ferat si in negotio tanti pon-  
deris & momenti amplius cogitare velit &  
consultare, expectata sententia Religioso-  
rum & Catholicorum fæderatorum qui  
prope diem Regis iussu Montalbani sunt  
congressuri. Interea hoc sibi persuadere  
posse Comitiorum Ordines regem Na-  
uarrum animo esse pacis studiosissimo eo-  
rumque omniū quę verè pertinebūt ad di-  
uinum cultum, Regis obsequium, regniq;  
tranquillitatem & concordiam, etiam si hac  
de causa volūtarium subeundum sit exiliū,  
próque Regiē maiestatis dignitate & exis-  
timatione extra regni fines mors oppetē-  
da, quod quidem alacriter & cupidē cum a-  
liis non paucis eodem modo affectis sit fa-  
cturus.

Quæ omnia quum ab Archiepiscopo  
lecta essent & narrata, dixit eadem se Regi  
exposuisse, qui iusserit illa à se in hoc cœtu  
significari, vt intelligerent alia quædam  
quæ ad ipsius maiestatem pertinerent.

Sub narrationis huius exitum aduenit  
D. Benezonius à nobilitate missus, qui  
cœtum moneret, Ordinis sui homines po-  
stridie aliquot suorum delecturos, qui cum

Eccle-

Ecclesiasticis conferrent quid factō opus foret audito Regis Nauarri responso.

Quę quum acta essent, tertij Ordinis Pręses nomine concessus gratias egit legatis pro egregio, quod cętui pręstiterāt officio & honore; diēsq; in posterum diem consilio capiēdo fuit constituta.

Sabbathi mane qui fuit decimus sextus mensis dies, in tertij Ordinis conuentu dū expectatur Pręsidis aduentus, placuit orandum esse Regem vt renocaret mandata iam data & obsignata de pecunię nobilitatis delectis iam constituta, qui sumptus à se factos volebant à plebeis repeteret statueret etiam dum expectatur Codicū decisio vt ipsius numi ab ærarii quęstoribus estimarentur eo pretio qui iam vsu receptus esset per totam Galliam, vt que delectis gratis tribuerentur mandata. Quod vtrunque fuit denegatum. Quum Pręses venisset, illa de Nauarrij Regis negotio disceptatio fuit agitata, & ex plurimorū sententia constitutum, non esse de eo consultandum vel aliis vllis rebus quę posthac inciderent, propterea quod delecti munere suo defuncti nihil iam potestatis haberēt oblati codicibus. Quod vt Ecclesiasticis & Nobilitati significaretur tres fuerūt

delecti. Hoc die Veromanduius delectus morbo impedit<sup>9</sup> cœtui interesse nō potuit.

Die Lunæ duodeuigesimo mensis, tres illi de quibus modo dictum est, delecti renuntiarunt Conuentui quid egissent cum aliis delectis de responso Regis Nauarrij. quos aiebant idem cepisse consilium, quod quidem placuit Regi significari. Protinus autem Archiepiscopus Viennensis & Rubemprius trium Ordinum delecti, cœtui renuntiarunt petere ab ipsis Regē Nauarrijum vt antequam dimitteretur cōuentus deprecatores esse vellent apud Hispanum Regem pro regno suo quod iniquè detineret restituendo, quod quidem ipsos fugerat in legatione sua exponenda. Hoc Bigotius tertij Ordinis delectus recitauit in confessu, vt que cum Ecclesiasticorū & nobilitatis delectis retulissent Regi præeunte verbis Archiepiscopo Lugdunensi, qui etiam missionē & comeatū petiisset omnium nomine. Respondisse autē ipsius maiestatem initium se facturum legēdi codices sibi traditos, atque à prima pomeridiana ad tertiam vsque in eo fore a fidiuū. Interea cupere delecti ad finem vsque permanerent certi aliquid & cōstituti ad prouincias suas relaturi. Iam uerò & sumptuo-

sa ne longior omnium delectorum mora provincialibus grauis esset & sumptuosa, satis sibi fore si ex singulis Ordinibus vnus dumtaxat interesset codicum definitioni, ex quo intelligeret singulorum capitum rationes & momenta : & illis quidem nominatis, liberum ceteris fore ad suos reuerti. Hac responsione audita quum abiissent Ecclesiasticorum & Nobilitatis delecti, Bigotius obtulit supplicem illum libellum de pretio illo & æstimatione constituta & numis exponendis, quem Rex Cancellario tradidit legendum.

Re per Bigotium nuntiata visum est orandum esse Regem vt omnibus præcisè tertij Ordinis delectis com meatum daret, deprecandum etiam ne qui ex suorum numero adessent codicum definitioni, vel sententiæ dicendæ vel rationes ipsorum exponendi causa: præterea ne quos aliorum Ordinum delectos in hunc finem admitteret, & tamen codices ipsos quam celerrime quod comodum esset expediret. Ac præses quidam Hemardus singulique ex quaque provincia nominati fuerunt, qui hoc responsum perferrent. Cautum etiam fuit ab hoc die deinceps nemo delectus quicquam facere posset aut postulare Ordinum delecti nomine.



Martis die qui incidit in bacchanalia in vndeigesimū mensis diem Regis iussu convocatus fuit tertij Ordinis cœtus, audiendi causa Moruillerni, qui regis nomine exposuit cupere ipsius maiestatem codices definire, postridieque vt promiserat in eo occupatum iri. Ac ne infructuosum esset delectorū iter, rogavit ne discederent absque venia nominatim impetrata.

Quum secessisset Moruillerius placuit ratam & firmā fore deliberationem pridie habitam, ac delecti fuerunt duodecim qui hoc significarent Regi, comitatumque tertij Ordinis nomine vehementer & obnixè flagitarent multis de causis quas Hemardus Præses attulit, deprecarenturque eius maiestatem ne quos delectos nominarent decidēdis codicibus, omnia verò permitterēt eius arbitrio & prudentiæ, vt in consilium adhiberet qui idonei viderentur.

Dixit Rex postridie se responsum illis daturum à meridie, grauitè autem peccasse qui in iussu suo discesserāt delecti, quod illis magno fortassis esset in suis prouinciis constaturum.

Mercurij die vicesimo mensis præstò fuerunt in basilica ad Regis cœclauē ter

tii Ordinis delecti, veleertè eorum ple-  
 riq̄ue. Ibi Rex, cui aderant Regina ma-  
 ter, Regina quoque coniunx, Cardina-  
 les Borbonius, Guisianus, AEstésis, Du-  
 ces Guisus, Menius, & Niuernensis cū  
 alijs proceribus, responsum ad postula-  
 ta pridie à delectis ipsis oblata de impe-  
 trando comæatu, dixit in animo sibi es-  
 se decidere codices sibi oblatos, ac cupe-  
 re ex supplici libello sibi aliàs omnium  
 delectorum nomine oblato, vt ipsorum  
 aliquot interessent illi codicum defini-  
 tioni, à quibus nimirum intelligeret ra-  
 tiones, quibus adducti articulos illos in  
 suis codicibus consignassent, quod licet  
 obseruatum non fuisset in Comitibus Re-  
 gum maiorum suorum memoria & au-  
 ctorit ite habitis, velle tamen hoc ipsis  
 gratificari. Iam uerò quia nondum re-  
 dierant legati ad Marescallum Danuill-  
 lum missi, quos iusserat Danuillio ipsi  
 alijsque eius asseclis, fide publica vt ne-  
 cesse foret, cauere, in quò rediret ad Re-  
 gis fidem & obsequium, necesse fortas-  
 sis fore fidem illam datam re ipsa præsta-  
 re: præterea quoniam intra quatuor aut  
 quinque dies venturus erat Princeps  
 Mompēserius, & fortasse allaturus nō

ulla, in quibus egeret ipsorum consilio & prudentia: quòd si Dei permisso Regnum hoc in nouos tumultus recideret, necessariò ineundas fore rationes, quibus succurreretur: exploratum se habere opem & subsidiũ quod Regibus suis maioribus tulisset nobilitas, promptũ fore & paratum, confidere etiam Ecclesiasticos & plebeios non defuturos officio quod semper præstitissent, decretũ sibi ex Regii patrimonii vel dominiũ uectigalibus & redditu in perpetuum vendere ad triginta argenti pondo myriadas, quod quidem euperet fieri ex delectorum quos ea de causa conuenire iuberet, consilio & sententia: quod si putaret prouinciis oneri fore illam paucorũ dierum moram, liberũ esse sex vel duodecim ex quoque ordine designare, qui uniuersi Concilii personam gererent.

Idem die qui mensis fuit 21. rursus in vnum coacti sunt scorsim tres Ordines, deliberatũ de illa Regis propositione, in qua inerant quatuor capita: primum, ut manerent ad codicem usque decisionem: alterum nominarent e suis aliquos illi definitioni interfuturos: tertium de ope subministranda: quartum de

de consilio dando quod attinet ad Domini alienationem. Quibus omnibus à tertio ordine agitatis & expensis placuit non consentiendum illi regii domini in perpetuum venditioni, siue in solidum, siue a aliqua ex parte hoc fieret, non magis quam ut codicum decisioni interessent aliqui delecti, nihil etiam offerendum flagitate Rege auxilium in rerum suarum difficultate & penuria: verumtamen eorum qui ab Ordinibus & Rege ad Marescallum Danuillium & Navarum Regem essent legati reditum expectatum iri, hocque decretum Ecclesiasticis & nobilitati prius renuntiatum, Regi postea à certis quibusdam ex quaque provincia delectis significandum esse.

Die Veneris Februarii vicesimo secundo, delecti communicato cum Ecclesiasticis & nobilitate consilio responsionem ad Regem, censuerunt differendam, admoniti necessarium penitus esse illam domini in perpetuum alienationem, saltem pro triginta illis numerorum myriadibus. Dum hoc consultatur interuenit aulicus quidam nobilis à Rege missus, qui significauit Hemarto praesidi in cra

finum reiiciendam esse illam delibera-  
 tionem, quòd Rex nobilem quendam  
 mittere ad cœtum statuisset. Vnde factū  
 est vt interrupta consultatione magnus  
 existeret in toto cœtu strepitus & ob-  
 murmuratio, quasi præses ille & Bigotus  
 Regius in Senatu Rothomagensi aduo-  
 catus, subornati forent & corrupti, Et re-  
 vera Hemartus Præses in Senatu Bur-  
 degalensi & ciuitatis præfectus, pridie  
 eius diei stipendiorum quibus Regia  
 manus iniecta fuerat solutionem impe-  
 tauit animamque mille ducentorum ar-  
 genti pondo pensionem, quod quidem  
 protinus fuit diulgatum. Summisit etiã  
 Riuerium collegam Aquitaniæ delectū  
 qui percontaretur an Comitia assenti-  
 ri possent illi dominii quæ in perpetuū  
 fieret alienationi. Similiter à Bigotio  
 missus est summus Lemouicum præfe-  
 ctus intimus amicus nomine Syluius,  
 qui hoc idem à Bodino exquireret. Re-  
 spondit ille tritam hanc esse vulgò opi-  
 nionem, Regem nihil aliud esse quàm  
 dominii illius vsuarium, ac modo sup-  
 peditarentur quæ Regius splendor re-  
 quirebat, & ipsius magistratibus soluerē-  
 tur honoraria stipendia, quod supererat  
 in

in publicos vsus esse referuandum: po-  
 puli verò ipsius esse, dominij fundum &  
 proprietatem, nec dubitandum quin cō-  
 sentire possint delecti perpetua illi do-  
 minij alienationi, modo propriū & spe-  
 ciale huiusce rei mādatum à prouinciis  
 acceperint, alias non licere. Veruntamē  
 vt hoc velint prouinciæ, publici tamen  
 boni causa nō esse faciendum: sic enim  
 populum & vniuersam posteritatem a-  
 lēdo tuendoque. Regi & Regno obstri-  
 ctum iri, fenestram etiam apertiri infini-  
 tis tributis exactionibus, nudato Regi  
 & destituto iis quæ valerent ad fouen-  
 dum regię dignitatis splendorem. Mul-  
 tō minus ab Ordinibus debere fieri mul-  
 tis absentibus & dimissis, quum præser-  
 tim nullum haberent huiusce rei man-  
 datum, nullamque potestatem existimare  
 non poterat Veromandus ille delectus  
 dominij Regi leges Præsidi illi & Ad-  
 uocato Regio esse incognitas, tantūm  
 odorari velle an illi probaretur eiusmodi  
 alienatio, qui aliquam integritatis &  
 a d'apontac existimationē apud Ordines  
 esset consecutus: deinde quia suspicio e-  
 rat multos eius sententia ab eo consi-  
 lio deiectum iri. Iam vt ablegaretur à cō-

uentu, arbitratu Bodinus, à Bigotio vel alijs quibusdam, admonitum esse Regē nunquam illum perpetuæ illi alienationi assensurum, quod ut anteuertetur optimum fore si Rex testatum faceret, malè erga suam maiestatem affectum esse Bodinum: & sanè hoc ipso die post meridiem Rex accitis aliquot trium Ordinum delectis, significauit quātopere succenseret quibusdam delectis qui consentire nolent dominii alienationi, nec aliter existimare quàm hoc à maleuolentia animoque sibi infesto proficisci.

Bigotius, qui antea viderat Bodinum Regium procuratorem in generalia quarum sylvarumque regiarum Neustriæ emendatione, à quo etiam norat in ius accessitos multos regionis proceres, qui tenerent regias syluas optimosque & fructuosissimos dominii fundos, magnopere à delectis contendebat illam dominii in perpetuum alienationem fieri, quod spetaret totius prouinciæ causa magnum se quæstum esse facturum, ut nihil dicam de remuneratione quam privatim à nonnullis expectaret, qua de causa Bodinum crebrius appellare & urgere non desinebat.

Sabbathi qui fuit vicesimustertius  
 Februarii dies. Regis iussu in tertii ordi-  
 nis confessum qui in illum diem reie-  
 ctus fuerat, interfuit Beleuerius, ac dein-  
 tegero exposuit Regis de alienando in  
 perpetuum dominio, consilium & vo-  
 luntatem, ad quam deceret ciues ipsius  
 sese aggregare: & quauis ex Regni le-  
 gibus dominium sacrosanctum esset &  
 alienationi minimè obnoxium, eiusmodi  
 tamen legibus locum nullum esse si  
 grauior aliqua vrgeret necessitas qualis  
 erat in præsentia, quom populi salus Re-  
 giæque maiestatis dignitas ageretur, ex  
 Lege duodecim tabularum, *Salus populæ  
 suprema Lex esto.* dextrèque populariter  
 interpretandas leges illas de publico sta-  
 tu continendo, nedum trahendas in e-  
 ius perniciem, idque eò magis quod sa-  
 tius erat vendere dominii partem reli-  
 quæ seruandæ causæ, quàm nihil vendè-  
 do omnia in prædam exponere, ac eius-  
 modi venditionem conseruationem do-  
 minii appellandam potius quàm aliena-  
 tionem. Quæ quum ita essent, eiusmodi  
 alienationi consensum esse præbendum  
 tertio ordini, vel alias belli quod insta-  
 bat gerèdi rationes & facultates ipsius



maiestati subministrandas.

Respondit præses Hemardus cæcis nomine, boni consulendas esse rationes, quibus adducti recufassent eiusmodi alienationi assentiri. Eas autem esse huiusmodi: Primùm delectos ipsos nullū huiusmodi consensus præbendi mandatum à suis prouinciis habere, quod necessarium omnino foret. Lege primaria qua tanquam fundamento Regni huius status niteretur, eiusmodi alienationē interdici & vetari: Regis dominium esse veluti dotalem vxoris fundum quē maritus non possit alienare, nec Ecclesiastici dominii tam præcipuum & inuiolabile ius esse quàm Regii, propterea quòd illud ex sanctis constitutionibus certis de causis poterat alienari, certis ritibus & iustis solennibus obseruatis, in Regis autem dominio nihil tale posse incidere, quod eius alienationem permitteret adhibitis etiam iustis solennibus: dominium Regium columnam esse, quæ Regiū diadema sustineret, quæ proinde fulcienda potius esset & corroboranda, quàm labefactanda & diuellēda: alienato dominio Regi eripi splendoris sui tuendi facultatem, nec non do-

res, donationes propter nuptias, pecunia quoque fiduciaria, quæ appanagia vulgò dicuntur, constituendi: inauditâ esse huiusmodi perpetuam, & absque redhibitione venditionem, quæ Ordinibus infamix notam apud posteros esset iniustura, idque vel maximè quod numquã hoc antea vsurpatum foret, licet in grauiore multò discrimine quàm nunc resp. versaretur, immò ne Regis quidè Ioannis ætate: non eâ esse rerum difficultatem & ætioriam, quæ eiusmodi alienationem flagitaret: aliunde Regi suppetere administrandi belli facultatem, quum præsertim à plebe exigeret vicies centena argenti millia, accederet præterea Ecclesiasticorum subsidium, annuis pecuniæ vectigalibus, & honorariis magistratuum præmiis manu iniecta, adde procuraciones & præfecturas nouissimè ab ipso institutas, cuiusmodi essent satis cotylis, tributorum scribæ: alienato dominio necesse fore Regii splendoris fouèdi causa tantundè substituere, quantum esset detractum, quod quidè totum onus in miseros plebeios solos re casurum esset, non in alios duos Ordines, qui proinde facilè

essent assensuri. Quibus rationibus ita explicatis, dixit nihilominus Præses Beleuerio, de eo quod proposuisset deliberaturum esse cœrum, vt factum est, quū Beleuerius secessisset. Hic verò constitutum fuit attingendum non esse Regis dominium, quod si tam graui forent, & necessario ipsius negotia, licere ad vsum suum transferre dimidiatam partē annuorum pecuniæ vectigalium quæ in Gallia ciuitatibus, & mercatorum societatibus essent constituta, demptis tamen iis quæ viduis & pupillis deberentur: posse etiam mutuam pecuniam sumere ab ætariis quæstoribus, aliisque qui regionum vectigalium fructum cum ipso partirentur: denique dominii Ecclesiastici tantum vendere, quantum expediret. Quod postremum decretum vt Regi significaretur delectus fuit Præses Hemarus, qui iniquissimè ferebat eiusmodi consensum à se non potuisse obtineri, quod idem Regi grauissimū erat & molestissimum.

Martis die Februarii 26. tertius Ordo conuenit post prandium excepturus Episcopum Puteanum, Rupefortium, & Tolauū reuersos ex sua ad Marefcallū  
 Damuil-

uillium legatione, cuius hæc erat summa, Mareſcallo Damuillio quum Môſpeſſuli eſſet oblatas à ſe fuiſſe litteras ab Ordinibus ſcriptas, verbis etiam explicata quæ in mandatis haberet, quæ quidem in bonam partem accepiffet ille, multis in contrariam partem rationibus adductis, quibus vellet permotos Ordines ſtuderet potiùs alendæ paci, quàm excitandis in Regno diſcordiis & tumultibus vnde vixdum emerſerat, ſicuti pluribus hoc expoſitum eſt mandatis & literis ab ipſo traditis. Verùm hîc notare oportet Proteſtantes & Catholicos fœderatos, ac ne Mareſcallum quidẽ ipſum voluiſſe occultas & arcanas ſibi eſſe litteras illas, mandata & fiduciariam epiſtolam, ſed omnia publicè dicta fuiſſe ac recitata.

*Exemplar litterarum Mareſcalli,  
ad Ordines Bleſis conuocatos.*

Inſcriptio ita habebat, *Dominis meis eximiis viris cõuentus, qui iam Bleſis habentur.* propterea quòd Mareſcallus, Proteſtantes, & Catholici fœderati, ſimul etiam Regis Nauarri & Principis Con-

dæi legati, de nullitate protestati fuerant aduersus Ordines vel Conuētum illum iam inde à Septembri mēse 1576. missa ad Regem protestationis formula, cui quidem respondit ille 28. Octobr. insequentis.

Summi honoris & beneficij loco duxi amplissimi viri, quod per legatos D. Puteanū, Rupefortium, & Tolæum ad me missos conuentus vestre significauit voluntatē suam & consilium de iis quæ iam istic tractantur negotiis, quod mihi quidem Catholico in ea familia nato, quæ primorum Christianorum nomen sibi vindicauit, atque in sancta hac religione educato & dignitatibus ornato, valde placuit & adhuc probatur, vt eius consequendi gratia vitā in sacrificiū libenter sim oblaturus, quandoquidem iustiore de causa fieri nō posset. Verumtamen cogitāti mihi quæ iam sunt præterita, & præsentem rerum statum, visum est pro officio, quum sim huius regni Officialis, verusque & naturalis eius consiliarius, vobis planū facere per ea quæ vestris legatis à me sunt tradita mandata à *D. d. d. d.* penitus esse consiliorum vestrorum effectū, ob oculos etiam ponere quod ponderandum est & conquoquendum ante

tequam nos coniiiciamus in eas calamitates  
 & ærumnas, quibus vsque adeo debilitati  
 sumus & prorsus cõfecti. vnde e iã videba  
 mur emerfisse tũ pacificatorii edicti bene  
 ficio, tum etiam pijs & salutaribus quæ Re  
 gi posthac darẽtur consiliis: quæ peruelim  
 à vobis seriò expendi, eaque quæ cum de  
 lectis vestris coram sum locutus. Hoc e  
 tiam scitote ea fidelis & egregij erga Re  
 gem & Regnum ipsum animi documenta  
 à me & meis fuisse edita, vt me non sinant  
 à fidi & cordati ciuis officio discedere,  
 quippe qui ea semper spectarim quæ ad mi  
 seri & afflicti huius regni otium & tràquil  
 litatem videbantur pertinere, à quò modis  
 omnibus auertere nos decet grauiorem  
 imperũ & extremam concussionem, præ  
 fertim ita attrito & exhusto vt præter nu  
 dam, superficiem nihil ferè superfit. Quod  
 iterum etiam atque etiam vos rogo attentè  
 cogitetis certò persuasi opes omnes meas  
 & facultates à Deo concessas ad hunc finẽ  
 potissimum me esse collaturum, sicuti plu  
 ribus & singularim vobis exponet delecti  
 vestri, de quorum industria & voluntate  
 quum nihil dubitem officiosissimè vobis  
 me commendabo Deũque precabor, am  
 plissimi viri, vt cum prospera valetudine vi

ta quoque diuturnitatem vobis largiatur.  
 Monspeffulo 7. Februarij 1577: in subscri-  
 ptione.

Vobis planè addictus & officiosus amicus  
*Henricus Mommorancius.*

*Mandata Marefcalli le-  
 gatis tradita.*

Iustissimam habet causam Marefcallus  
 cur maximas toto pectore gratias agat am-  
 plissimis viris huius conuentus, pro eo quo  
 ab ipsis afficitur honore, eaque quam de  
 ipso habet opinione, dum, vt cōmemorāt,  
 agnoscunt ortū esse castirpe, quæ tulit to-  
 tāque insignes viros, Principisuo & patriæ  
 fidos ac deuotos, qui magnis & amplissi-  
 mis muneribus ac dignitatibus ornati & de-  
 functi, satis superque declararunt quanto  
 erga Principem suum officio & obseruan-  
 tia, quanta etiam publicæ utilitatis cura te-  
 nerentur.

In illis porrò si perpetuo viguit egregia  
 illa volūtas, quæ publica etiam documenta  
 præberet, D. Marefcallus, qui paternam il-  
 lam educationem rectamque institutionē  
 Dei beneficio ita adhuc refert, vt ab offi-  
 cio nolit discedere, paratus est totis viribus  
 maio-

maiorum suorum vestigia consecrari, mal-  
 letque lucem hanc nunquam aspexisse quam  
 amittere illustrem hanc & florentem, exi-  
 stimationem Memorancianae familiae iam  
 pridem partam, unde ita natus est ut a prae-  
 claro illorum animo & fide nequaquam de-  
 sciscat. Iam si antea actis seculis aliae fuerunt  
 occasiones temporum negotiorumque, in  
 quibus pro Regni huius dignitate ampli-  
 ficanda versati sunt maiores, quam hodie  
 sint, credendum est tamen eundem omni-  
 bus propositum fuisse finem & scopum, la-  
 boreque ipsorum & officia ad Regni hu-  
 ius splendorem felicitatemque spectasse.

Cogitandum itaque conatus omnes no-  
 stros & contentiones, ad hunc finem solum  
 dirigendas, ut quisquis patriae saluti totum se  
 vouere non studet, indignus est eius vsura,  
 & vllis honoribus.

Videt Marscallus, iamque antea animad-  
 uertit & perspexit grauissima quibus op-  
 pressi fuimus mala, quae quidem magnam  
 illud & florentissimum Gallorum nomen  
 antea inuictum & vniuerso orbi formida-  
 bile penè iam euerterunt.

Causas tamen unde illa sunt profecta  
 dicere non potest aliò posse referri quam  
 ad Dei voluntatem, qui peccatis nostris &



flagitiis iratus ea nobis inflixit. Fatetur ille quidem Dei, (in cuius arcano iudicio abdita sunt malorum quæ nobis ab ipso immittuntur causæ) permisso euenisse illâ quæ in hominum cordibus hæret religionis diffensionem & repugnantiam. Sed ubi cum animo suo cogitat rationes omnes & vias, tum ordinarias tū extraordinarias, à prudentissimis quibûsque huius Regni viris excogitatas & adhibitas excindendæ religionis radici, quæ in plerisque ciuium mentibus altius erat defixa, nihil tamen profecisse, ac re ipsa compertum tot sanguine profuso, tot stragibus editis, tanta truculentia, tot tamque hostilibus & horrendis facinoribus, vt sola, quæ oculis adhuc nostris obuersatur cogitatio tremorē nobis incutiat. vi hominum & manu domari non posse & superari eorum mentes, qui hac religione sunt imbuti, & quibus certū est ac deliberatū qualuis acerbitates perpeti, & perseverare, atque in ærumnis & incommodis quæ ipsis accidunt constantiam adhibere, statuere aliter non potest quàm viribus humanis superius esse iis finem & modum imponere, quæ sibi Deus summus omnium arbiter & *καρδ' ἰσχυρῶς* reſeruauit.

Atque vt quod in animo habet ingennè  
proferat

proferat, affirmat Deumque & homines  
 obtestatur, neminē mortalium esse cui ce-  
 dat animo studioque religionis Catholi-  
 cæ, Apostolicæ & Romanæ propagandæ,  
 in qua educatus est & ornatus, cuius etiam  
 professionem verā & apertam retinet ad-  
 huc & toto vitæ cursu prosequetur, summo  
 si quis alius, pioque eius tuendæ zelo & ar-  
 dore præditus, Deumque orat hoc sibi cō-  
 cedi, ut pro tā bono, sancto, iustoque pro-  
 posito vitam deuouere possit & exponere.

Iā uerò religiosi tot, tamque varia iā ha-  
 bent quibus nitantur edicta, & religionis  
 quam sanguine suo obsignarunt approba-  
 tiones, ut vix ac ne vix quidem ab eo pos-  
 sint abduci, quod tāto pretio redemerunt,  
 quodque vnicum vitæ in hoc mortali æuo  
 transigendæ sustentandæque remedium  
 iudicant.

Quinetiam nouissimum Edictum tam  
 solennibus adhibitis ritibus, & exterorum  
 Principum interposita deprecatione con-  
 cessum; re ipsa declarauit falsum esse quod  
 à multis iactatur religiones duas simul cō-  
 sistere non posse, quandoquidem exiguo  
 illo tempore quo felicē hunc pacis optatæ  
 imbrē Deus cælitus demisit, animis sūt ita  
 cōsentientibus & coniunctis, præsertim in

hac regione Occitana, quæ constat tanto religiosorum numero, vt in oppidis, aliisque locis, ædib<sup>9</sup> priuatis, & familiis, immò in ipsis etiam lectulis permixti sint, quorù omnium diuortium esset faciendum sublata quæ iã ab ipsis possidetur, quæ que propria vita est charior libertate. Vt si violenter infringere libeat Edictum quo planè nituntur, illis que interdicerè religionis suæ cultu, perquam difficulter & nullo planè pacto hoc p<sup>ossit</sup> obtineri.

Considerandù est enim animorù volùtatùmque cōiunctiōe fortes & inuictos homines existerè, sicut contra exitiales planè sunt dissensionès contrariæque studia.

Iamuerò Occitani quæ vna est ex maximis totius Gallix provinciis, cōuocatis Ordinibus, palã & solèniter iurarunt in Edicti obseruationè defensio nēq; presente Marefcallo Loyeufo, Regis Legat<sup>o</sup>, apertò pectore testati in eo se ad mortē vsque perstare velle, qd̄ scilicet id iudicēt mutux suæ incolumitati necessarium, licet verè obiici nequeat in illis Ordinibus eum fuisse religiosorum numerum qui ab ipsis hoc iusiurandù extorsit, vt etiam apparet ex ipsis euentis: atque in eo proposito defixi sunt & immoti. Quæ quum ita sint necessariò  
confi-

conficitur, quum intelligant citra viris a-  
 quabilitatem simul se nō posse consistere,  
 vt eā velint permanere, inuiolatā iudicēt-  
 que qui illam moliantur eripere, otij publi-  
 ci violatores esse, & nouorum mal. rū au-  
 ctōres, quorum tam recens est adhuc me-  
 moria vt sola de illis repetendis cogitatio  
 transuersis illos rapiat, & vehementius ex-  
 gitet ad tranquillitatis studium.

Quapropter si tam altē in omnium  
 horum præcipue verò religiosorum a-  
 nimis penetravit, & velut medullis in-  
 fixa est hæc persuasio, qui tot docu-  
 mentis responderūt nullo pretio nullō-  
 que periculo deterreri se posse à redimē-  
 da libertate Edicto concessa: amplissi-  
 mis qui conuenerunt viris cogitandum  
 relinquit, an quod volunt hoc valeat ef-  
 ficere an non hoc etiam pacto accersant  
 quæcunque excogitari possunt calamita-  
 tes toti Regno, præcipue verò Occita-  
 niæ regioni, quæ quidem eò fortassis e-  
 uadent, vt dum morbi qui regnum hoc,  
 tam grauius enervauit & afflixit ma-  
 teria videtur tollenda illique aditus  
 præcludendus, contra in eum malorum  
 gurgitem demergamur, vt dicere fas nō  
 sit quod de iis cogitati in mentem cui-

que potest venire. Etenim sic res habet, ut homines de recto rationis statu deturbet desperatio, qua dominante obliuiscuntur saepe quod sui est officii: propter ea quod natura cuique insita est vitæ libertatisque tuendæ cura, & ut pro utraque retinenda, quicquid conducere videtur cupidè omnes consecretentur & arripiant.

Voluit itaque apertè & non dissimulante Marescallus periculo & infausto euentus pronuntiare, priusquam priuatim quicquam respondeat, quod genuini Galli esse putet malorum causas his aperire & indicare qui possunt illis mederi.

Atque ut melius pateat ipsius animus & studium, communicato hac de re, quæ tanta est ut superet communem humanæ mentis captum, consilio eum plurimis virtute & prudentia præstantis viri in hunc finem accersitis, comperit, post protestationè iã antea factã, quod Catholicus scilicet si alius quisquã studeat religioni suæ propagandæ & tuendæ, generale esse hoc caput quodque ad omnes tum Catholicos, tum Religiosos pertineat, qui Edictum amplexi fruuntur

iure eius beneficio, præcipuè verò ad Re-  
 gem Nauarrum & illustrissimum Prin-  
 cipem Condæum, vt iam nihil cerò pos-  
 sit statuere vel respondere, nisi de com-  
 muni sententia pariter expendantur ra-  
 tiones & argumenta, quibus adductus  
 conuentus hanc viam quam sequi iam  
 vult, ingressus sit: vt re probè concocta  
 & discussa, sicuti generale est non priua-  
 tum hoc disceptationis caput, sic etiam  
 pro Reipub. ita affectæ & lætæ salute re-  
 ctum & salutare capiatur consiliū, quod  
 & cōuentui ipsi satisfaciat, atque etiam  
 tranquillitatem alleuationemque affe-  
 rat misero huic Regno, quod tam gra-  
 uiter concussum & labefactatum respi-  
 rare iā vix potest, quòdque nisi propiti-  
 nos Deus respiciat, eorumque mentes il-  
 lustret qui gubernacula tenent, in sum-  
 mo iam versatur discrimine, eòque gra-  
 uiore, quod veniet quo tempore nauis  
 ad portum perducta, tempestates pro-  
 cellasque quibus prope subuersa fuerat  
 enasisse videbatur. Quocirca etiā atque  
 etiam erat conuentum, grato animo ac-  
 cipiat hanc suam responsionem quum  
 alia vti nec possit nec debeat. Etenim si  
 quidem in manu ipsorum est tantum,

tamque periculosum malum sanare, gra-  
uem & immortalem iram Dei in se con-  
cirabunt nisi hæc fecerint, ac pro faustis  
hominibus & acclamationibus, quibus  
excepta fuissent prudentia & salutaria  
ipsorum consilia, dire populi execratio-  
nes qui toto huius belli tempore miserè  
conflictabuntur, ipsos meritò vniuerso  
orbi exosos sunt reddituræ.

Et hæc quidem sunt in summa, quo-  
rum vult admonitum Blesensem con-  
uentum, quem rogat conferant adhuc  
inter se, salutare Regi consilium daturi,  
in hoc rati ponderis negotio, quum pu-  
blica Regni huius agatur vel salus vel  
perniciës, sapiùsque perpendat quæ cõ-  
sideratione digna videbuntur, antepo-  
nat etiam clementiam sæuitiæ & crude-  
litati. Deo hominibùsque tantopere in-  
uisæ ac detestabili, quæ quidem crudeli-  
tas impotenter grassabitur, si fatali ciui-  
lium bellorum necessitate ad priores no-  
stros dolores & misérias relabamur. At  
que hîc Deû testatur Marschallus ma-  
ximo sibi dolori esse, quod se redactum  
videt in summas & periculosissimas re-  
rum angustias, vnde facillè liberabitur,  
si diligenter suoque momenti ponderet

Ble-

Blesensis conuentus *ad Nova* planè esse illam quam tantopere experit in vnam religionem Catholicam consensionem, quæ quidem illi ita cordi est, vt eam sanguini suo redemptam velit, modo hoc fiat citra vastitatem & excidium miseri huius Regni, cuius quum sit Officialis eorúmque penes quos est summæ rerum, illis quoque fidelè operam & ministerium nauare cupit ad extremam sanguinis guttam: gratias etiam ex animo & summis agit toti conuentui pro ea quæ de se habent opinione, quæ nunquam ipsos faller nec frustrabitur: modis que omnibus elaborabit & re ipsa ostendet neminem in toto Regno esse à quo vincatur charitate in patriam & officio, in quo constanter perpetuè sit permanens. Datum Monspessuli 7. Februarii 1577.

*H. Mommorancius subscripsit.*

Paulò inferius, à dicto Domino, Mariò.

Hac renuntiatione ab Episcopo Puzosano, Rupefortio, & Tolao facta de iis quæ in sua ad D. Marescallum legatione gesserat, ita quidem vt Episcopus apud Ecclesiasticos, nobilis autem apud



sui ordinis homines, ac tertius denique  
 apud plebeios verba faceret, ac tres si-  
 mul in tribus conuentibus adessent, in-  
 tellectis iis quæ referebant placuit vt Ec-  
 clestastici & nobilitas postridie conue-  
 nirent in Saluatoris ædem, de hisce ne-  
 gotiis deliberaturi, atque etiam de qua-  
 dā pacis actione, de qua rumor aliquis  
 fuit post Bironii à Rege Navarra redi-  
 tum: cui cōuentui affuturi essent nonul-  
 li tertii Ordinis delecti, vt consilio cum  
 Ecclesiasticis & Nobilitate communi-  
 cato, referrent ad suos quod etiam factum  
 est: ac postridie, qui incidit in tertium  
 Calend. Martias, manè conuenerunt de-  
 lecti aliquot, quo quidem in conuentu  
 præter alios sermones habitos, à quibus-  
 dam plebeis mentio iniecta est pacis à  
 Rege flagitandæ, aliis contra tum Eccle-  
 siasticis tum ex nobilitate contendenti-  
 bus fieri hoc non posse quin manifesta  
 fraus fieret articulo de religione in codi-  
 cibus perscripto: Quocirca rē infecta  
 dimissus est ille cœtus.

Hoc ipse die tertio Calendas Marti-  
 as, tertii Ordinis delecti ad triginta duo  
 ex variis prouinciis confluxerunt in a-  
 trium tertii Ordinis, totis viribus inter-  
 cessuri

cessuri ne pax à tertio Ordine, posceretur, licet generalis conuentus in posterum tantum diem indictus foret. Quod ubi rescivit Bodinus Veromanduuus primarius scilicet in eo couentu delectus absentibus Parisiensibus, commonefecit in posterum diem indictum esse conuentum. Excitato autem in illa priuatorum hominum turba strepitu quod vellent protestationibus vti, Bodinus annuit scribæ discederet: quod quum fecisset rogarunt illi vnum ex assessoribus protestationes suas tabulis consignatas sibi traderet, quod scilicet nollent in codicibus suis quicquam immutare, nec pacem poscere, nihil se iam potestatis habere, elapso mandatorum agendique tempora, præterea nulla iam esse comitia, protestatione etiam addita nihili fore & irritum quicquid postridie in conuentu ab aliis delectis fieret. Admonuit Bodinus si iam nihil haberent potestatis capitale esse citra Regis mandatum cõtionem facere, deque pace & bello agere, quod suppremi foret magistratus: multò minus legitimas & ratas esse ipsorū protestationes nullo cõtus corpore, nullo collegio, nullo magistratu nec scribæ.

Rogavit itaque differrent huiusmodi  
 cœtum quam probare ipse non posset,  
 quod quum recusassent discessit Bodi-  
 nus cum aliquot aliis pacificis viris. Po-  
 stea delecti illi priuati protestationes  
 illas suas quodam ex suis perscriptas ob-  
 signarunt, cōfecerunt etiam supplicem  
 illum ab illis triginta duobus ob signa-  
 tum, quo petebatur à Rege, vt de codi-  
 cibus ex iure statueret, quibus testaban-  
 tur nolle se quicquam adicere vel de-  
 trahere, nec pacem poscere, eo animo &  
 cōsilio vt Regi offerretur, siquidem alii  
 delecti postulationem adhiberent de pa-  
 ce impetranda.

Die Louis vltimo Februarii delecti  
 trium Ordinum conuocati fuerunt in  
 Saluatoris ædem, audituri actionem de  
 pace & renuntiationem quæ fieret à D.  
 Mompensero reuerso ex sua ad Regem  
 Nauarrum legatione. Eius hæc erat  
 summa.

Non ignoratis eximij viri, quid ipsorū  
 Maiestatis impulerit vt me legatē ad Re-  
 gem Nauarrum, & quā facile anni tem-  
 pestas in qua versabamur profectionis  
 meæ tempore, inualiditate mea ætas, longi-  
 tudo viz, me ab hoc tam molesto itinere  
 deter-

deterrere & excusare potuerint. Veruntamē posthabiti laboribus istis & molestiis ei studio & officio demississimo quod à me Regi debetur, & Galliaē tranquillitati, suscepta profectioe perueni ad Regem Navarra qui tunc erat Agenæ, vbi quū diligenter & sigillatim illi Regiaē maiestatis consiliū & voluntatem exposuissem, commemoravit ille tot offensionis & diffidentiaē quas se habere diceret causas, sapius ut eo rem deuenisse putarem ut discedendum mihi foret nulla responsione quæ quidē ipsius maiestati satisfaceret impetrata. Ad extremum, toties tamque sanctas tum publicè tū priuatim admonitiones hortationesque adhibui, quibus adduceretur ad officium, agnosceretque quod iure tum diuino tum humano Regi suo & supremo Domino deberet, ut in eo excitatum studium & desiderium pacis modis omnibus persequendæ, quum ostenderem nisi eam obinemus in ipso vno moram fore. Quod ante hunc meum in aulam aduentum per Richelium & Bironiū significavi Regiaē maiestati, ut de hac pacis actione certi aliquid statueret, allatis etiam rationibus ac remediis quæ apta mihi videbatur pacifi-

eandis qui nos tam diu & grauiter exercēt  
 tumultibus. Neminē veſtrū ampliſſimi  
 viri dubitare arbitror de meo perpetuo er  
 ga pietatem & Dei cultum, Catholicę que  
 & Romanę Eccleſiæ deſenſionem ſtudio  
 & zelo, atque in tam ſancta cauſa, vt debi  
 tum Regi officiū præſtarem, quoties ita  
 res tulit & occaſio data eſt caput meum &  
 fortunās omnes obieci periculo, & cōplu  
 ribus præliis inter fui tum præſente Rege,  
 tum etiam velut generalis ipſius Legatus  
 belli adminiſtratione mihi commiſſa. Ve  
 runtamen dum mecum ipſe reputo malo  
 rum que nobis ſuperiora bella attulerunt  
 grauitatem, & quātam in teſtina diſcordiæ  
 miſero huic Regno vaſtitatē & perniciem  
 minentur, quātam ex noſtris miſeriis volu  
 ptatem vtilitatemque capiant vicini exte  
 ri, vt que illas fouere ſtudeant ad euerſio  
 nem Regni ipſius quōdam florentiſſimi,  
 totuſque Gallicę gentis reliquis omnibus  
 nationibus formidoloſa excidiū: dū præ  
 terea cogito quā malè parata ſit Regia  
 maietas inſtructa ad bellum gerendū, iā  
 aurā præterea multorum rei militaris pe  
 ritorum & optimè erga ipſam affectorum,  
 tantam præterea rerum neceſſariarum in  
 opiam, vires & copias hoſtium noſtrorum  
 tum

tum in ipso Regno, tum etiam apud exte-  
 rōs grandæ æs Regis alienū exigua aut nul-  
 la plane eius vnquam dissoluedi facultate  
 relicta si ad arma redeundum erit: dimica-  
 tiones etiam & pugnas instructa acie sede-  
 im abhinè anhis commissas non tantū  
 voluisse vt pacatis discordiis ad verā Ca-  
 tholicæ nostræ religionis cognitionem  
 redirent qui ab ea defecerunt, quod lon-  
 gè melius potuisset efficere emendatio vi-  
 tæ cum recta Omnium huius Regni Or-  
 dinum constitutione quæ omnino est ne-  
 cessaria. Dum etiam mentis oculis ob-  
 tulerantur ætumnæ & calamitates in qui-  
 bus ego vidi miseram plebem demer-  
 . omnibus in locis per quæ transeundū mi-  
 hi fuit in hoc meo itinere, sublata omni spe  
 restitutionis, nisi pax constitutur, quam-  
 quidē vno ore & animo tum Catholici tum  
 etiam opinionis nouę sectatores petierunt  
 vt apud Regiam maiestatem procurarem  
 præterea dum in memoriam reuoco dire-  
 ptiones, oppressiones, expilationes, viola-  
 tam puellarum foeminarūque pudicitia,  
 aliasque innumeras indignitates, quibus  
 obruuntur miseri vt ne tantillum quidem  
 respirare liceat & interquiescere, vnde in  
 desperationem adiguntur: adhæc dum vi-

deo negotiationē; e mmercis, & agricul-  
 turam intermitti & penitus cessare: pluri-  
 mos eriam bonis spoliatis & planē exutos  
 cogi solum vertere, alios impunē occidi  
 & trucidari: Denique dum recordor belli  
 à Carolo v. Cæsare aduersus Germaniæ  
 Principes eam ipsam obcauss in qua nūc  
 apud nos est, gestū, qui post cap os & in po-  
 testatē suam redactos præcipuos eius au-  
 ctōres, eo tamen necessitatis adductu est,  
 vt illis permitteret liberum religionis suæ  
 cultum, dūmque animaduerto Hispaniæ  
 Regem vique adeo Catholicum post diu-  
 turnum bellum in Belgio gestum, vt regio-  
 nem illam in fidē suā & imperio retineret,  
 coactum tribus aut quatuor primi nomi-  
 nis & gradus Principibus concedere, quod  
 ab Ordinibus de religione constitutū fue-  
 rat, hæc inquam omnia ex mii iuri aliāque  
 multa quæ facile mihi esset commemora-  
 re ea qua sum ætate & vsu, tot muneribus &  
 negotiis administratis, efficiunt laudare vt  
 cogar Regiæ maiestati, vt ser ò de pace fa-  
 cienda cogitet, & aliquid remittat de præci-  
 sa illa declarationis nuper publicatæ obser-  
 uatione, nouæque opinionis sectatores re-  
 uocet ad officium, & rationem quemadmo-  
 dum testatus sum Regem Nauarream eò in-  
 clinare

clinare ut detrahatur & circuncidatur aliquid de nouissimo pacificationis Edicto, quod quidem in tantis qui Gallia conflatur malis optimum & vnicum remediū iudico. Quod si rectè à nobis expenditur eximi iuri, eodem quoque vos lenitū & animo quo præditos esse oportet, atq; à regia maiestate postulare, ut animū ad pacem applicet, additis aliis quibus eò perueniatur rationibus, quas necessitas nobis omnibus communis, postulat. Neque tamen idcirco velim probare aliam Religionem quàm Catholicā & Romanā, sed mea hæc est sententiā tolerandā esse ad tempus quā colunt opinionis nouæ sectatores, ac certis quibusdam in locis vnde minus turbarum & damni huic regno afferatur concedendam donec vel pia aliqua Synodo, vel publico aliogentis nostræ Concilio, aut aliis denique placidis rationibus reconciliatis inter se ciuium animis, hoc tandem cernamus singulare Dei beneficiū ut vnica apud nos vigeat & colatur religio Catholica & Romana, quam videlicet superiores ipsorum Reges amplexi sunt & secuti, quamque meum in vita tum in morte perpetuò culturum seruaturumque polliceor.

Quæ quum à Mompenserio essent pe-



rorata, gratias totius plebei Ordinis nomi-  
 ne illi egit Præses Hemartus de ea quæ  
 de misero hoc regno gereret cura, ac pete-  
 runt permitteret ipsos convenire delibera-  
 di causa, quod quum Princeps ipse in bonâ  
 partem esset interpretatus, extemplo con-  
 tulerunt se in municipalem Curiam, vbi  
 adducta in deliberationem Principis pro-  
 positione, clausula hæc fuit, plurimis suffra-  
 giis eò inclinantibus orandum esse Regē  
 conscripto supplici libello vt subiectos om-  
 nes suos ad Religionis Catholice, Aposto-  
 lica, Romanæ concordiam reuocare velit  
 rationibus sanis & legitimis remoto bello,  
 eodem plane modo quo Versorū manda-  
 tum fuerat vt peteret quum Oratoris par-  
 tes ageret ex deliberatione de eo habita is-  
 danuarij, cuius exemplar descriptum po-  
 stulationi ipsi affigeretur. In hoc conuentu  
 solus Carcassoniensis delectus pro Occitana  
 provincia sententiam dixit, neque enim a-  
 desse voluerunt Tholosani. Aliter etiam  
 censuerunt Campania, Picardia, & Aure-  
 lianensis provinciarū legati, præcisè videli-  
 cèt insistendum esse capiti de religione in codi-  
 ce perscripto. Vicit tamen potior numerus.  
 Confecta itaque in hanc sententiam à præ-  
 side Hemardo, Bigotio, & Bodino postu-  
 latio

latio recitata fuit & comprobata, in alio cō  
uentu à prandio ea de re habito. Ac ne qua  
postulationi conditio adiiceretur, constitū  
fuit præcisè ac simpliciter orandum esse  
Regem pacem vt nobis dare vellet, tametsi  
addebant tres prouinciæ. Si quidem fieri  
hoc posset. Iam verò quoniam alij qui pa-  
cem nolebant poscere, controuersiam mo-  
uerant de Ordinum potestate, Bodinus Ve-  
romanduus delectus cuius primæ erant di-  
cendi partes absentibus Parisiensibus de-  
lectis, ostendit quom Ordines agendi ini-  
tium ducerent à Regis propositione, non  
posse terminari quàm eiusdem clausula, di-  
missis à Rege delectis, quod tamen non fe-  
cerat immò verò disertè vetuerat quenquã  
discedere, ac proinde conuenticulæ & pri-  
uatos cœtus triginta hominum pridie habi-  
tos præiudicare non posse generali tertij  
Ordinis conuentui, qui adhuc constaret  
centum quinquaginta hominibus, ac in  
quouis cœtu & collegio maiorem duarum  
ex tribus quæ adessent partium numerum  
cæteris præscribere, citatis in hanc senten-  
tiam legibus Quinetiam Romanis legibus  
non licebat bellum decerni aut indici nisi  
Centuriatis vniuersi populi Comitibus, quū  
tamen tributis à plebe sola pax fieri posset

& cōstitui, idq; propter difficultates belli, eisq; iucunditatem & dulcedinem secum habebat sex insule fr̄aciæ delectos, ex quib. quom. Laromontanus abdicare velle. Eo dñi Veromandui sententiam, vituperatus fuit à conuentu, atque etiam ab Aquitanis & Britānis duriter protrusus, parūq; ab fuit quī eiiceretur ex atrio. Iis qui sunt subsequuti diebus cōspectus semper fuit cum gladio, quòd sibi metueret.

Prox. mo die qui Februarij erat 27. supplex ille libellus oblatuſ Regi fuit à plerisque delectis, quem ipsius maiestas accepit sic autem habebat.

*Regi.*

Here, Satis cognouit tua Maiestas, ut cuius etiam promptum fuit iudicare, tertij Ordinis delectos vestro iussu in hoc oppidum coactos, perpetuò in consiliis suis & deliberationibus eam integritatem & candorem qui optandus erat, adhibuisse. Nectamē effigere potuerunt quin obiceretur aditum ab illis bello fuisse patefactum, perinde quasi ab illis per omnes Regni plagas excitatum & accensum foret. Quod non minùs ab illorum consiliis alienum fuit, quàm prudenter iudicarunt semper ex bello & ciuilibus moti-

motibus quindecim aut sedecim annis  
 abhinc excitatis nihil existere posse,  
 quam generalem quandam ciuium tuarum  
 maiestati subiectorum ruinam, concus-  
 sionem regiarum vestrarum dignitatis, Religio-  
 nisque Catholicae, Apostolicae Roma-  
 nae euerfionem, nisi voluntatum inter  
 subiectos reconciliatione facta, mature  
 occurreretur. Quibus reb<sup>9</sup> permoti de-  
 lecti, statuerant antea iam inde à 15. Ia-  
 nuarii die, vt apparet ex Commentarii  
 exscripto hic affixo, suppliciter orandam  
 esse vestram Maiestatem, vt subiectos  
 omnes suos ad Catholicam, Apostolicam,  
 ac Romanam religionis consensum per-  
 duceret, quam commodissimis & mitif-  
 simis, quam à maiestate vestra inirentur  
 rationibus, idque pacatè remoto bello,  
 quod quidem rursus à Maiestate vestra  
 demissimè petendum censuerunt, ad-  
 dita hac firma & inuolabili propositi  
 sui declaratione, non sui esse consilii aut  
 voluntatis aliam religionem probare,  
 præter Catholicam, Apostolicam & Ro-  
 manam, in qua fixum illis est ac decretum  
 persistere in vita ac morte, nec ab ea um-  
 quam discedere, quam scilicet agnoscunt  
 vnicam esse veram, à Deo traditam, et-

que à sancta matre nostra Ecclesia Catholica Romana receptam.

Decreta fuit & comprobata hæc postulatio in tertii Ordinis conuentu, de plurimorum sententia Iouis manè vltimo Februari die, anno 1577. ex conuentus decreto iam antea facto 15. Ianuarii superioris mensis, Regique oblata, Veneris 27. mensis die eodem anno, cum ex scripto decreti simul adiuncto subscripsit Bolengerius Secretarius, & scriba tertii Ordinis.

*Excerptum ex commentario Secretarii & Scribæ tertii Ordinis in Gallia, generalibus Comitibus, Blesis habitis.*

Martis die Ianuarii xv. 1577. in atrio Blesensis curiæ, qui locus tertii Ordinis conuentui & consultationi à Rege fuerat constitutus Magister Petrus Versorius ex Parisiensium delectorum numero antehac à confessa delectus, & rogatus vt tertii Ordinis nomine orationem apud Regem haberet, certior factus proximo die Iouis responsionem illam & con-

concionem esse habendam, summam  
recitauit præcipua capita de quibus a-  
pud Regem agendum sit, ac differendū,  
vt à cœtu ipso ea expendantur, illisque,  
vt quæ visum fuerit, vel adiiciantur, vel  
detrahantur.

Hic verò ab vniuerso cœtu, vno ore  
rogatus fuit & disertè mādatum, vt no-  
minatim & copiosè quatuor vel quin-  
que capita attingeret, & persequeretur.  
Primum quod attinet ad religionis Ca-  
tholicæ Romanæ consensum, ad quem  
omnes perducere cupiunt ac student sup-  
pliciter orandum esse Regem, vt quàm  
placidissimis rationib⁹ hoc fiat, nec per-  
mittat bellum redintegrari, vnde mise-  
ra populi vastitas & excidiū consequi-  
tur, nec alioqui spem vllam ostendi fru-  
ctus & vtilitatis ex ipsius edictis capiē-  
di, ac in suadenda pace totus sit: atque  
in hunc finem fufius exponat miseræ  
ruinas & calamitates quas propter ce-  
teros affectus fuit tertius Ordo, nec non  
vectigalia, tributa, indictiones exactio-  
nēque numerum ipsas impositas.

*Exscriptum ex publico commenta-  
rio: subcripsit Bolégerius ter-  
tii Ordinis scriba &  
secretarius.*

Hoc ipso die qui fuit 27. Febr. 1577.  
Rex petiuit à delectis tertii Ordinis, vt  
habita inter se deliberatione dispiciant  
si quâ fieri possit, vt assensum præbeant  
dominii in perpetuû alienationi, quod  
se facturos illi sunt polliciti.

*Acta Martio mense.*

Sabbathi qui secundus fuit Martis  
dies, Ordo de integro coactus vt delibe-  
raret an dari posset ille consensus de do-  
minio alienando, vt nullum sit speciale  
huiusce rei mandatû, rationibus omni-  
bus adductis, expensis etiam argumen-  
tis, allatis ab Hemardo Burdegalési præ-  
fide & delecto, qui impetrauerat stipen-  
diorû, quibus antea manus injecta fue-  
rat, solutionem, ac præterea mille ducê-  
ta argenti pondo annuæ pensionis, de-  
cretum tandem fuit fieri hoc non posse,  
ac mandata responsio Syndico Narbo-  
nen-

nēsis Gallia, qui malè hoc præstitit, Rege in secreto suo senatu confidente.

Hoc ipso die in illo Senatu actum est de responsione tertii Ordinis postulationi reddenda, eadēque opera de pace cum Principibus ageretur. Hic regina mater multa dixit grauitè & ornate in pacis commendationem & laudem, vt quidem fama erat, cuius orationem subsequuti sunt Bironius, Mareschallus Cosseus, Mompensierius, Moruillierius, Beleuerius, sicuti vulgò ferebatur. Duces autem Guisus, Menius, Niuernensis cū Cardinali Guisiano à contrariis stabant partibus. Verumtamen Regis animus ad pacem inclinabat, eò etiam magis incitatus sermone legati Ducis Casimiri, qui postulabat tricies centena numerum millia.

Dominico die qui fuit mensis tertius D. Bironius ad Regem Nauarræ profectus est, vt ex Edicto quicquid posset amputatum detraheretur.

F I N I S.



In nomine domini Amen. Nos Johannes comes de  
 Gales, qui in hoc prefatus Re-  
 ge in feodo suo tenet et possidet  
 et tenet in feodo suo tenet et possidet  
 de responsione facta. Ordine in feodo  
 noni reddenda est. Inque terra de pa-  
 ce et misericordia regis. Et in terra  
 mater magis dixit. Gratias et omnia in  
 pace commendationem. Et in terra de  
 pacem facta est. Cuius et in terra de  
 feodo suo tenet. Magister. Cor-  
 leus. Magister. Magister. Magister. B-  
 leuena. Intra. Intra. Intra. Intra.  
 autem. Cuius. Magister. Magister. Intra.  
 Cardinalis. Cuius. Magister. Magister. Intra.  
 pariter. Intra. Intra. Intra. Intra.  
 ad pacem inclinat. Et in terra de  
 eius. Intra. Intra. Intra. Intra.  
 per postulationem. Intra. Intra. Intra.  
 eum. Intra.

Romanica die qui fuit mensis tertius  
 D. Bononi ad Regem. Intra. Intra.  
 Gas. Intra. Intra. Intra. Intra.  
 impudens. Intra. Intra. Intra.

I N T R O  
 Intra. Intra. Intra. Intra.  
 Intra. Intra. Intra. Intra.  
 Intra. Intra. Intra. Intra.  
 Intra. Intra. Intra. Intra.